Domine Deus, qui per apostolum tuum Iacobum locutus es, dicens: Infirmatur, quis in vobis? Indica presbiteros Ecclesiæ, ut orent super eum, ungentes eum oleo sancto, in nomine Domini: et oratio fidei salvabit infirmum, et allevіabit eum Dominus, et si in peccatis sit, dimittentur ei: quæsumus, Domine, redemptor noster gratia Spiritus Sancti cura languores istius infirmi: eiusque sana vulnera, ac dimitte peccata: atque cunctos dolores cordis, et corporis ab eo expelle, plenamque ei interius, et exterius sanitatem misericorditer redde, ut ope misericordiæ tuæ restitutus ad pristina reparetur officia. Qui cum Patre, et Spiritu Sancto vivis, et regnas Deus: per omnia sæcula sæculorum.
R. Amen.

Acabada la oracion, diga el enfermo la confesion, ó los circunstantes la diran por él, y diga luego el sacerdote:

Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam.

Indulgentiam, absolutionem, et remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens et misericors Dominus. R. Amen.

Despues dice el sacerdote lo que se sigue:

Intret oratio nostra in conspectu tuo, inclina aurem tuam ad preces nostras, Domine. De profundis clamavi ad te Domine: Domine, exaudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ. Si iniquitates observaveris, Domine: Domine, quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est; et propter legem tuam sustinui te, Domine. Sustinuit anima mea in verbo eius: speravit anima mea in Domino. A custodia matutina usque ad noctem: speret Israel in Domino. Quia apud Dominum misericordia, et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus ejus. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

El sacerdote, untando el dedo pulgar con el santo oleo, diga absolutamente esta oracion.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti; extinguatur in te omnis virtus diaboli, per impositionem manuum nostrarum, imò per invocationem omnium sanctorum, angelorum, archangelorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martirum, confessorum, virginum, atque simul omnium sanctorum.
R. Amen.

Lo cual dicho, haga la señal de la cruz con el oleo santo en el cuerpo del enfermo, en los lugares abajo escritos, diciendo, à cualquiera cruz que hiciere, la propia oracion, juntamente poniendole el santo oleo.

Primeramente à los ojos.

Per istam sanctam unctionem ✠, et

suam piissimam misericordiam parcat tibi Dominus quidquid deliquisti per visum.

A los oidos.

Per istam sanctam-unctionem ✠, et suam piissimam misericordiam, parcat tibi Dominus, quidquid deliquisti per auditum.

A las narices.

Per istam sanctam-unctionem ✠, et suam piissimam misericordiam, parcat tibi Dominus, quidquid deliquisti per olfatum.

A la boca.

Per istam sanctam-unctionem ✠, et suam piissimam misericordiam, parcat tibi Dominus, quidquid peccasti per linguam, vel os.

A las manos.

Per istam sanctam-unctionem ✠, et suam piissimam misericordiam, parcat tibi Dominus, quidquid deliquisti per tactum.

A los pies

Per istam sanctam-unctionem ✠, et suam piissimam misericordiam, parcat tibi Dominus, quidquid deliquisti per

incessus.

Lo cual acabado se repite la antifona.

Intret oratio nostra in conspectu tuo, inclina aurem tuam ad preces nostras, Domine.

Acabada esta antìfona, si à quien se dà la Extrema-uncion es varon diga lo que se sigue:

Pater noster.....

V. Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos a malo.
V. Salvum fac servum tuum, Domine.
R. Deus meus sperantem in te.
V. Mitte ei, Domine, auxilium de sancto.
R. Et de Sion tuere eum.
V. Nihil proficiat inimicus in eo.
R. Et filius iniquitatis non apponat nocére ei.
V. Esto ei, Domine, turris fortitudinis.
R. A facie inimici.
V. Domine, exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

Luego dirà la oracion que se pone abajo.

Dominus, &c.

Si à quien se dà la Extrema-uncion es muger, se dirà lo que sigue:

Pater noster, &c.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. Salvam fac servam tuam, Domine.

R. Deus meus sperantem in te.

V. Mitte ei, Domine, auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere eam.

V. Nihil proficiat inimicus in ea.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocère ei.

V. Esto ei, Domine, turris fortitudinis.

R. A face inimici.

A. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Dominus Iesus Christus, qui dixit discipulis suis, quæcumque, ligaveritis super terram erunt ligata, et in cœlis;

et quæcumque solveritis super terram, erunt soluta, et in cœlis: de quorum nùmero, quamvis indignos, nos esse voluit, ipse te absolvat per ministerium nostrum ab omnibus peccatis tuis quæcumque cogitatione, locutione, atque operatione commissisti: atque à nexibus peccatorum absolutum, perducere dignetur ad regna cœlorum. Qui vivit, et regnat cum Deo Patre, in unitate, &c. Amen.

FORMA DE ABSOLUCION

plenaria, que una vez en la vida, y otra en el artìculo de la muerte se puede hacer, por virtud de la bula de la santa cruzada á cualquier persona que la tomare.

Misereatur tui omnipotens Deus. &. Por la autoridad de Dios todo poderoso, y de los bienaventurados apòstoles San Pedro, y San Pablo, y de nuestro muy santo Padre, especialmente à tì concedida, y à mi cometida. Yo te absuelvo de toda censura de excomunion mayor, ò menor, suspension, ò entre.

dicho, *à iure, vel ab homine*, y de todas las otras censuras, y penas en que por cualesquier causas hayas incurrido, aunque la absolucion de ellas sea reservada à la santa Sede apostòlica, segun por esta te es concedido, y restituyote à la union, y comunion de los fieles cristianos. Y asi mismo te absuelvo de todos tus pecados, crimenes, y excesos, que à mi ahora has confesado; y de los que confesarias, si à tu memoria ocurriesen, aunque sean tales, que la absolucion de ellos à la santa sede apostòlica (como dicho es) pertenezca, y otòrgote plenaria indulgencia, y remision cumplida de todos tus pecados, ahora, y en cualquier tiempo confesados, olvidados, ò ignorados, y de las penas que por ellos eres obligado à padecer en el purgatorio.

In nomine Patris ✠, et Filii ✠, et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

En el artìculo de la muerte, diga el confesor:

Si de esta enfermedad en que estas, Dios, por su misericordia, te li-

bràre, seate reservada indulgencia para el verdadero articulo de la muerte.

FORMA BREVIS SEPELIENDI adultos.

Vestido el sacerdote de sobre pelliz, y estola negra, ira à la casa del difunto, y diràn los cantores, ó el clero un responso que puede ser el siguiente:

Memento mei Deus, quia ventus est vita mea * Nec aspiciat me visus hominis.

V. De profundis clamavi ad te, Domine. Domine, exaudi vocem meam * Nec, etc.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster, . . .

V. Et ne nos inducas in tentationem,
R. Sed libera nos à malo.
V. Requiem æternam dona ei Domine.
R. Et lux perpetua luceat ei.
V. A porta inferi.
R. Erue Domini ànimam eius.
V. Requiescat in pace.
R. Amen.
V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Tibi Domine commendamus animam famuli tui N. ut defunctus sæculo tibi vivat, et quæ per fragilitatem humanæ conversationis peccata commissit, tua venia misericordiosissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum.
R. Amen.

Y si fuere muger, diga la siguiente oracion:

OREMUS.

Inveniat, qæusumus Dominê, anima famulæ tuæ N. lucis æternæ consortium, cuius perpetuæ misericordiæ consecuta est sacramentum. Per Christum dominum nostrum. R. Amen.

Acabado esto. empezarán los cantores la letania siguiente:

Kyrie eleysum. Christe eleysum. Ky-

rie eleyson. Pater de cœlis Deus, miserere ei.
Repetitur Kyrie eleyson.
Sancta Maria, ora pro illo Dominum.

Y de este modo se prosigue toda la letanía, hasta entrar en la iglesia.

Si se hubieren de hacer algunas posas ántes de llegar á la iglesia, se dirá en la primera el responso siguiente:

Qui Lazarum resucitasti à monumento fœtidum: * Tu eis, Domine, dona requiem, et locum indulgentiæ.
V. Qui venturus est iudicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. Tu,
Kyrie eleyson. Criste eleyson. Kyrie eleyson.
Pater noster, &c.
V. Et nè nos inducas in tentationem.
V. Sed libera nos à malo.
R. In memoria æterna erit iustus.
R. Ab auditione mala non timébit.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Inclina, Domine, aurem tuam ad præces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur, ut animam famuli tui N. quam de hoc sæculo migrare iussisti, in pacis, ac lucis regione constituas, et sanctorum tuorum iubeas esse consortem. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Si fuere muger, diga la siguiente oracion:

OREMUS.

Quæsumus, Domine, pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ N. et à contagiis mortalitatis exutam, in æternæ salvationis partem restitue. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Acabado este responsorio, se prosigue la letania desde donde quedò, con el modo, y órden que arriba se dijo; y si se hubiere de hacer segunda posa, se dirà el responso siguiente:

Peccantem me quotidie, et non me pœnitentem, timor mortis conturbat

me ✠ Quia in inferno nulla est redemptio, miserere mei Deus, et salva me.
V. Deus in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua libera me. Quia, Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.
Pater noster, . . .
V. Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos à malo.
V. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi.
R. Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Absolve quæsumus, Domine, animam famuli tui N. ab omni vinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria inter sanctos, et electos tuos resuscitatus respiret. Per Christum Dominum nostrum. ✠
R. Amen.

Si fuere muger, diga la siguiente oracion:

OREMUS.

His sacrificiis quæsumus, Domine, anima famulæ tuæ N. a peccatis omnibus exuatur, sine quibus à culpa nemo liber existit, ut per hæc piæ placationis officia, perpetuam misericordiam consequatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Acabado este responso, se prosigue la letania desde donde quedò, al modo dicho; y si se hubiere de hacer tercera posa, se dirá en ella el responso que sigue:

Ne recorderis peccata mea, Domine. * Dum veneris iudicare sæculum per ignem.

V. Dirige, Domine, Deus meus in conspectu tuo viam meam. * Dum.

V. Requiem æternam dona eis, Domine, et lux perpetua luceat eis. * Dum ve.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie

eleyson.

Pater noster, . . .

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. Requiem æternam dona ei, Domine.

R. Et lux perpetua luceat ei.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Fac quæsumus, Domine, hanc cum servo tuo N. defuncto misericordiam, ut factorum suorum in pœnis non recipiat vicem, qui tuam in votis tenuit voluntatem, ut sicut hic eum junxit fidelium turmis, ita illic eum tua miseratio societ angelicis choris. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Si fuere muger se dira la siguiente Oracion.

OREMUS.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut animam famulæ tuæ N. in congregatione justorum æternæ beatitudinis jubeas esse consortem. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Acabado este responso, se proseguirà la letania desde donde quedò, al modo ya dicho, y se irà diciendo hasta llegar à la iglesia, y en la entrada de ella se dirà lo que sigue:

Subvènite sancti Dei, occurrite àngeli Domini.

V. Suscipientes animam eius * Offerentes eam, in conspectu Altissimi.

R. Suscipiat te Christus, qui vocàvit te, et in sinum Abrahæ àngeli dedùcant te * Suscipientes

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.

Pater noster, . . .

V. Et ne nos indùcas in tentationem.

R Sed libera nos à malo.

V. Credo videre bona Domini.

R. In terra viventium.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Inclina, Domine, aurem tuam ad præces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur, ut animam fa-

muli tui N. quam de hoc sæculo migrare iussisti, in pacis, ac lucis regione constituas, et sanctorum tuorum iubeas esse consortem. Per Christum, etc.
R. Amen.

Si fuere muger dirà la siguiente oracion:

OREMUS.

Quæsumus, Domine, pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ N. et à contagiis mortalitatis exutam, in æternæ salvationis partem restitue. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Dicha ya esta oracion con todo lo demas si se hubiere de decir misa de cuerpo presente, se podrà ir el sacerdote à vestir, y los que la han de oficiar à su puesto; y acabada la misa, se ha de decir un responso. que puede ser el que sigue:

Ne recorderis peccata mea, Domine. Dum veneris iudicare sæculum per ignem.

V. Dirige, Domine, Deus meus in conspectu tuo viam meam.
Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.
Pater noster, . . .
V. Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos à malo.
V. A porta inferi.
R. Erue Domine animam eius.
V. Requiescat in pace.
R. Amen.
V. Domine, exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Tibi, Domine, commendamus animam famuli tui N. ut defunctus sæculo tibi vivat, et quæ per fragilitatem humanæ conversationis peccata commisit, tua venia misericordiosissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum.
R. Amen.

Y si fuere muger diga la siguiente oracion:

OREMUS.

Inveniat, quæsumus, Domine, anima famulæ tuæ N. lucis æternæ consortium, cuius perpetuæ misericordiæ consecuta est sacramentum. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Acabado el responsorio: Subvenite *y puesto el féretro en medio de la iglesia; de suerte, que los pies del difunto, si fuere lego estén hàcia el altar mayor, y la cabeza al cuerpo de la iglesia; y si fuere sacerdote, al contrario, la cabeza al altar, y los pies al cuerpo de la iglesia, comenzaràn el oficio de difuntos desde el invitatorio:* Regem cui omnia, etc. *como es costumbre, y se doblan las antìfonas. (la cruz siempre debe estar à un lado de la cabecera del difunto, de modo, que el rostro del crucìfijo mire para donde el preste està del otro lado, junto á los pies del difunto; y que cuando pase por delante dela cruz, al dar las vueltas, la*

inclinacion sea al mismo crucifijo.) *Despues se canta la misa, y acabada (ó aunque no haya misa) se procederà al oficio de la sepultura, ut infra. y diciendo el preste. cantando en tono de oracion, lo siguiente:*

Non intres in iudicium cum servo tuo, Domine, quia nullus apud te iustificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eum, quæsumus, tua iudicialis sententia premat, quem tibi vera supplicatio fidei cristianæ commendat: sed gratia tua illi succurrente, mereatur evadere judicium ultionis, qui dum viveret insignitus est signaculo Sanctæ Trinitatis: qui vivis, et regnas in sæcula sæculorum. R. Amen.

La sobredicha oracion, de ninguna manera se muda, aunque se diga por muger.

Despues cantan el siguiente responsorio.

Libera me, Domine, de morte æterna,

in die illa tremenda: quando cœli movendi sunt, et terra. Dum veneris iudicare sæculum per ignem.

R. Tremens factus sum ego, et timeo, dum discussio venerit, atque ventura ira. Quando cœli movendi sunt, et terra.

V. Dies illa, dies iræ, calamitatis, et miseriæ, dies magna, et amara valde: dum veneris iudicare sæculum per ignem.

V. Requiem æternam dona ei, Domine, et lux perpetua luceat ei. Libera me, Domine, de morte æterna, in die illa tremenda, quando cœli movendi sunt, et terra: dum veneris iudicare sæculum per ignem.

Miéntras se canta el sobredicho responsorio, el sacerdote bendice el incienso con la bendicion comun: Ab illo benedicaris, etc. *echàndole tres veces en el incensario, que administrarà el diàcono, ó acólito; y acabados los* Kyries, *dirà en vóz alta:* Pater Noster; *y miéntras secretamente le rezan, toma el hisopo con agua bendita, y hace primero inclinacion profunda à la cruz*

para dar la vuelta. comenzando la aspersion por el lado que cae à la parte del evangelio, (siempre que pasare por delante del santìsimo sacramento, harà genuflexion, y à la cruz inclinacion) adonde aspergeará tres veces el cuerpo del difunto; y vuelto á su lugar, hará la otra aspersion en el lado contrario que cae à la epistola: despues toma el incensario y del mismo modo harà la incensacion, la cual acabada dirà:

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos á malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue, Domine, animam eius.
℣. Requiescat in pace.
℟. Amen.
℣. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus cui proprium est misereri semper, et parcere: te supplices exoramus

pro anima famuli tui N. quam hodie de hoc sæculo migrare iussisti: ut non tradas eam in manus inimici: neque obliviscaris in finem, sed iubeas eam à sanctis angelis sussipi, et ad patriam paradici perduci: ut quia in te speravit, et credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia æterna possideat. Per Christum Dominum nostrum.
R. Amen.

Si el difunto fuere sacerdote, diga en la oracion:

Pro anima famuli tui sacerdotis, quam hodie, etc.

Acabada la oracion, llevese el cuerpo á la sepultura. si entónces se ha de llevar, y entre tanto que le llevan cantan las siguientes antìfonas.

In paradisum deducant te angeli, in tuo adventu suscipiant te màrtires, et perducant te in civitatem sanctam Ierusalem chorus angelorum te suscipiat, et cum Lazaro quondam paupere

æternam habeas requiem.

Mas cuando acabare de venir al sepulcro, si no està bendito de otro entierro, que se pueda haber hecho àntes, el sacerdote le bendice, diciendo esta oracion.

OREMUS.

Deus, cujus miseratione ànimæ fidelium requiescunt, hunc tumulum benedicere dignare, eique àngelum tuum sanctum deputa custodem; et quorum, quarumque corpora hic sepeliuntur, ànimas eorum ab omnibus absolve vinculis delictorum, ut in te semper cum sanctis tuis sine fine lætentur. Per Chistum dòminum nostrum. R. Amen.

(En la iglesia consagrada se omitirà dicha oracion.)

Acabada por el sacerdote la oracion aspergeará con agua bendita, é incensarà el cuerpo y despues la sepultura; pero si el cuerpo entònces no se

lleva à la sepultura, omitido el responsorio: In paradisum &c., *y la bendicion del sepulcro, si està ya bendito prosiga el sacerdote el oficio, como abajo. (lo cual nunca se omite) entonando la aña* Ego sum. *El coro cantarà el càntico* benedictus dominus Deus Israel, &c. *como en el briviario, y al fin:* Requiem æternam dona eis, Domine. R. Et lux perpetua luceat eis.

Repìtese la Aña.

Egò sum resurrectio, et vita; qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: et omnis, qui vivit, et credit in me, non morietur in æternum.

Cantan los Kyries, *y dice el Preste,* Pater noster, *y aspergea con agua bendita solo el túmulo, y prosigue:*

V. Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos à malo.
V. A porta inferi.
R. Erue, Domine, animam eius.
V. Requiescat in pace.
R. Amen.
V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus voviscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Fac, quæsumus, Domine, hanc cum servo tuo defuncto (*vel* famula tua defuncta) misericordiam, ut factorum suorum in pœnis non recipiat vicem, qui (*vel* quæ) tuam in votis tenuit voluntatem: ut sicut hic eum (*vel* eam) vera fides iunxit fidelium turmis, ita illic eum (*vel* eam) tua miseratio societ angelicis Choris. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.
V. Requiem æternam dona eis, Domine.
R. Et lux perpetua luceat eis.
V. Requiescat in pace.
R. Amen.
V. Anima eius, et animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. R. Amen.

Despues volviendo à la sacristìa, digan sin canto la Aña. Si iniquita-

tes. *con el salmo:* De profundis, *què se dice entero. y al fin:* Requiem æternum dona eis, Domine.
R. Et lux perpetua luceat eis.
V. Requiescant in pace.
R. Amen.
V. Domine, exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

La oracion debe ser aquì por todos los fieles difuntos, segun Olalia, y serà: Fidelium, ...

Advièrtese, què de la misma suerte que se pone al difunto en la Iglesia, debe ponerse en la sepultura: al sacerdote, como à sacerdote; y al què no lo es, al contrario, por distincion que hace la iglesia nuestra madre de unos y otros, y que en mejor lugar se coloque al cuerpo del sacerdote.

FORMA BREVIS SEPELIENDI PARvulos.

Vestido el sacerdote de sobrepellis, y

estola blanca, irà à la casa del niño difunto; y llegando, diràn los cantores, ò el clero la antifona siguiente, con lo demas.

Hic accipiet benedictionem à Domino, et misericordiam à Deo salutari suo, quia hæc est generatio quærentium Dominum.

Y prosiguen diciendo:

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.

Pater noster, etc.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. Me autem propter innocentiam suscepisti.

R. Et confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens, et mitissime Deus, qui omnibus parvulis renatis baptismate, dum migrant à sæculo sine ullis eorum

meritis, vitam illico largiris æternam, sicut animæ huius parvuli, credimus te fecisse, fac nos, quæsumus, Domine, per intercessionem beatæ Mariæ virginis, et omnium sanctorum tuorum, hic purificatis tibi mentibus famulari, et in paradiso beatis parvulis perenniter sociari. Per Christum, etc. ℟. Amen.

LO QUE SE HA DE HACER DESDE LA CASA DEL NIÑO Ó NIÑA DIFUNTOS.

Acabada la oracion dicha, cantarán los cantores ó el clero, desde la casa del niño ó niña difuntos hasta la iglesia el salmo y antífona que se sigue. Salm. 148

Laudate Dominum de Cœlis: laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes àngeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum Sol, et Luna: laudate eum omnes stellæ, et lumen.

Laudate eum cœli cœlorum: et aquæ omnes quæ super cœlos sunt laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: ipse

mandavit, et creata sunt.

Statuit ea in æternum, et in sæculum sæculi: præceptum posuit, et non præteribit.

Laudate Dominum de terra, dracones, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius.

Montes, et omnes colles: ligna fructifera, et omnes cedri.

Bestiæ: et universa pecora, serpentes, et volucres pennatæ.

Reges terræ et omnes populi: principes, et omnes iudices terræ.

Iuvenes, et virgenes, senes, cum iunioribus laudent nomem Domini, quia exaltatum est nomen eius solius.

Confessio eius super cœlum, et terram: et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sancti eius, filiis Israeli populo apropinquanti sibi.

Cantate domino canticum novum: laus eius in ecclesia sanctorum.

Lætetur Israel in eo, qui fecit eum; et filii Sion exultent in Rege suo.

Laudent nomen eius in choro: in timpano, et spalterio psallant ei.

Qnia beneplàcitum est Dòmino in pòpulu suo: et exaltavit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in guttore eorum: et gladii ancipites in mànibus eorum.

Ad faciendam vindictam in natiònibus: increpationes in populis.

Ad alligandos Reges eorum in compedibus: et nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius.

Laudate Dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: luadate eum secumdum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubæ, laudate in psalterio, et cithara.

Laudate eum in tìmpano, et choro: laudate eum in chordis, et òrgano.

Laudate eum in cymbalis bene sonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis, omnis spiritus laudet Dòminum. Gloria patri.

Antifona. Iuvenes et virgenes, senes cum iunioribus laudate dominum de Cœlis.

Dicho todo esto, se empezarà cuando entren à la iglesia el salmo Laudate pueri. *el cual se ha de decir todo entero con Gloria Pat. Acabado este salmo, diràn los cantores ó el clero.*

Kyrie eleyson. Criste eleyson. Kyrie eleyson.

Pater noster, &c.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. Sinite parvulos venire ad me.

R. Talium est enim regnum cœlorum.

V. Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus sanctæ puritatis amator, qui animan huius pàrbuli ad regnum cœlorum hodie misericorditer vocare dignatus es: concede nobis ita misericorditer agere: ut meritis tuæ santissimæ passionis et intercessione beatæ Mariæ virginis, et omnium sanctorum tuorum in

eadem regno nos cum omnibus sanctis tuis, et electis semper facias congaudere cœlestibus Qui vivis et regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

Dicha esta oracion, bendecirà el sacerdote la sepultura, diciendo:

Benedictio Dei Patris ✠ omnipotis, et Filii ✠, et Spiritus ✠ sancti descendat, et maneat super hanc fabricam sepulturæ. R. Amen.

Dicho esto, pondràn el cuerpo en la sepultura y el sacerdote le echarà luego agua bendita; y tomando un poco de tierra en la mano, se la echarà diciendo:

Qui de terra est, de terra loquitur, qui de Cœlo venit, super omnes est, in nomine Patris, et Filii ✠ et Spiritus sancti. Amen.

Dicho esto, dirá el sacerdote:
Pater noster; &c.

V. *Et ne nos inducas in tentationem.*
R. *Sed libera nos à malo.*
V. *Dominus vobiscum.*
R. *et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Deus, qui miro ordine angelorum ministeria hominumque dispensas: concede propitius. ut à quibus tibi minístrantibus in Cœlo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Christum dominum nostrum. Amen.

FORMA Y ORDEN QUE SE HA DE guardar en la procesion de las ánimas que se hace los lúnes.

Acabada la misa, empezarán los cantores ò el clero el responsorio que se sigue, el cual se ha de decir en la iglesia junto à la tumba, que de ordinario se pone.

*Ne recorderis peccata mea, Domine. * Dum veneris iudicare cæculum per ignem.*

*Dirige, Domine. Deus meus in conspetu tuo viam meam. * Dum.*

℣. *Requiem æternam dona eis Domine. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.*

Pater noster, &c.

℣. *Et ne nos inducas in tentationem.*
℟. *Sed libera nos á malo.*
℣ *A porta inferi.*
℟. *Erue, Domine, ánimas eorum.*
℣. *Requiescant in pace.*
℟. *Amen.*
℣. *Dòmine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiscum.*
℟. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Fidelium Deus omnium conditor, et redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis, et regnas cum Deo Patre, etc.

℟. *Amen.*

Acabado este responso, saldrán al rededor de la iglesia en procesion, y se

irá cantando el segundo responso; y cuando se empezare el Kyrie eleyson, se pararán y el sacerdote dirá: *Pater noster.* con lo demas que le pertenece y se sigue:

Memento mei Deus. quia ventus est vita mea. * *Nec aspiciat me visus hominis.*

℣ *De profundis clamavi ad te, Domine, Domine, exaudi vocem meam.* * *Nec.*

Kyrie eleyson. Christe eleyson, Kyrie eleyson.

Pater noster.

℣. *Et ne nos inducas in tentationem.*

℟. *Sed libera nos á malo.*

℣. *A porta inferi.*

℟. *Erue, Domine, ànimas eorum.*

℣. *Requiescant in pace.*

℟. *Amen.*

℣. *Domine, exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Dominus vobiscum.*

℟. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Animabus quæsumus. Domine, famulorum, famularumque tuarum, ora-

tio proficiat supplicantium, ut eas, et à peccatis omnibus, exuas, et tuæ redemptionis facias esse participes. Qui vivis, et regnas cum Deo Patre, etc.
R. *Amen.*

Dicho esto, proseguiràn con la prosecion cantando el tercer responso, el cual durarà hasta llegar à la iglesia y ponerse en el lugar donde se dijo el primero, y allí se acabarà la procesion con el siguiente responso.

*Qui Lázarum resucitasti à monumento fœtidum. * Tu eis, Domine, dona requiem, et locum indulgentiæ.*

V. *Qui venturus est iudicare vivos, et mortuos, et sæculum per ignem. * Tu. Kyrie eleyson. Christe eleyson.* Pater noster, etc.

V. *Et ne nos inducas in tentationem.*
R *Sed libera nos à malo.*
V. *A porta inferi.*
R. *Erue, Domine, ànimas eorum.*
V. *Requiescant in pace.*
R. *Amen.*
V. *Domine, exaudi orationem meam.*
Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum.

R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Supplices, Domine, pro animabus famulorum, famularumque tuarum præces effundimus obsecrantes. ut quidquid conversatione contraxerunt humana. et clementer indulgeas. et in tuorum sede lætantium constituas redemptorum. Per Chistum Dominum nostrum R. *Amen.*

BREVIS FORMA ADMINISTRANDI
SACRAMENTUM MATRIMONII.

Despues que los curas esten satisfechos por suficiente informacion. que los que quieren casarse son solteros, haràn las amonestaciones en la iglesia. en tres dias de fiesta, al tiempo de la misa mayor, como lo manda el *santo concilio de Trento, sess. 24 de reform. matrim. cap. 1.*

FORMA DE LAS AMONESTACIONES, QUE SE HACEN ANTES DEL CASAMIENTO.

N. natural de tal parte. hijo de N. y de N. naturales de tal parte; y N. natural de tal parte, hija de N. y N. ò de padres no conocidos, se quieren casar, si alguna persona sabe que tiene algun impedimento, les amonesto que lo manifiesten.

Advierta el que le amonestare, que al fin de la amonestacion ha de decir: *esta es la primera ó segunda ò tercera amonestacion que se hace.*

Hechas ya las tres amonestaciones, irà el cura ò otro sacerdote con su licencia particular ò del obispo ò provisor y no de otra manera, à la casa de los que se han de casar, ò ellos vendràn à la igesia, y estando juntos con la demas gente que se huviere de hallar al desposorio, que por lo ménos han de ser dos ò tres testigos; y estando el varon à la mano derecha de la muger, dirà el cura lo que se sigue:

EXORTACION A LOS CONTRAYENTES.

Mirad, hermanos, que celebrais el sacramento del matrimonio, que es necesario para la conservacion del género humano, y es concedido à todos sino tienen algun impedimento. Fué instituido por Dios en el paraiso terrenal, y santificado con la real presencia de Cristo redentor nuestro. Es uno de los siete sacramentos de la iglesia, en la significacion grande, y en la virtud y dignidad no pequeña. Da gracia à los que le contrahen con puras conciencias; con la cual sobrepujan las dificultades y pesadumbres, à que estan los casados sujetos, por todo el discurso de la vida. Y para que cumplan con el oficio de casados cristianos, y satisfagan à la obligacion que han tomado à su cargo: habeis de considerar diligentemente el fin à que habeis de enderezar todas las obras de la vida. Porque lo primero este sacramento se instituyó para tener sucesion y que procureis

dejar herederos, no tanto de vuestros bienes, cuanto de vuestra fe, religion y virtud, y para que os ayudeis el uno al otro à llevar las incomodidades de la vida y flaqueza de la vejez. Ordenad pues asi la vida, que seais descanso y alivio el uno al otro, cercenando todas las ocaciones de disgustos y molestias. Finalmente, el matrimonio fué dado à los hombres para que huyesen de la fornicacion, teniendo èl marido su muger, y la muger su varon, Por lo cual os habeis de guardar mucho de no estragar al santo casamiento, trocando la concesion de flaqueza en solo deleite, no apeteciendolo fuera de los fines del matrimonio, como lo demanda la fe, que el uno al otro os habeis dado. porque celebrado el matrimonio (como dice el apòstol) ni el varon, ni la muger tiene señorio sobre su cuerpo. Y asì antiguamente los adùlteros eran castigados con severìsimas penas, y ahora lo seràn de Dios, que es el vengador de los agravios y desacatos, que se hacen á la pureza de los sacramentos. Pide la

dignidad de este, que significa la comunion de Cristo con la iglesia que os ameis el uno al otro como Cristo amó à su Iglesia. Vos varon, compadeceos de vuestro muger, como de vaso mas flaco: compañera os daremos, y no sierva. Asi Adan, nuestro primer padre, à Eva formada de su lado, en argumento de esto, la llamò compañera: os ocupareis en ejercicios honestos, para asentar vuestra casa y familia, y así para conservar vuestro patrimonio, como para huir la ociosidad, que es la fuente y raiz de todos los males. Vos, esposa, habeis de estar sugeta à vuestro marido en todo: despreciareis el demaciado y superflo ornato del cuerpo, en comparacion de la hermosura de la virtud: con gran diligencia habeis de guardar la hacienda: no saldreis de casa, si la necesidad no os llevare à esto, con licencia de vuestro marido: sed como vergel cerrado, fuente sellada por la virtud de la castidad. A nadie (despues de Dios) ni ha de amar mas, ni estimar mas la muger que à su

marido: ni el marido mas que à su muger. Y asì en todas las cosas, que no contradicen à la piedad cristiana, se procuren agradar. La muger conceda con su marido y siga su parecer: el varon por tener paz muchas veces pierda de su derecho y autoridad. Sobre todo pensad, como habeis de dar cuenta à Dios de vuestra vida y de la de vuestros hijos y de toda la familia. Tened el uno y el otro gran cuidado de enseñar à los de vuestra casa en el temor de Dios. Sed vosotros santos y toda vuestra casa; pues es santo nuestro Dios y Señor; el cual os acreciente con gran sucesion, y despues del curso de esta vida, os de la eterna felicidad, el que con el Padre y con el Espiritu santo vive y reina en los siglos de los siglos. Amen.

El señor N. y la señora N. que aquì estan presentes, se quieren casar, segun el órden de nuestra madre la santa iglesia catòlica romana, por palabras de presente, si saben que tienen algun impedimento, les amones-

to que lo manifiesten.

En diciendo los testigos que no hay impedimento, se llegarà el cura à la esposa, y la dirà:

Señora N., otòrgase por muger y esposa legitima. por palabras de presente, del señor N. que aquì està presente, como lo manda nuesta santa madre iglesia catòlica romana?

R. Si otorgo.

Quiérele por su marido y esposo legìtimo?

R. Si quiero.

Recibele por su marido y esposo?

R *Si recibo.*

Y luego inmediatamente preguntarà el cura al esposo diciendo;

Señor N. otòrgase por esposo y marido legítimo, por palabras de presente, de la señora N. que aquí está presente, como lo manda nuestra santa madre iglesia catolica romana?

R. *Si otorgo.*

Quiérela por su muger y esposa legìtima.

R *Si quiero.*

Recibela por su èsposa y muger?

R. Si recibo.

Dicho esto, hará el cura, que el esposo ponga la mano derecha sobre la mano derecha de la esposa; y estando asidos de las manos, dirà el cura echandoles la bendicion.

Ego vos in matrimonium coniungo, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

Puede usar de las palabras que se siguen ò de las ya dichas, conforme al uso recibido en cada diocesis.

Et ego ex parte Dei omnipotentis, et apostolorum Petri, Pauli, et sanctæ matris ecclesiæ, vos matrimonio coniungo, et istud sacramentum inter vos confirmo, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

Hecho esto, les echarà agua bendita el cura y dirà, que no vivan juntos hasta que reciban la bendicion de la iglesia.

TIEMPO EN QUE NO SE PUEDEN DAR LAS BENDICIONES NUPCIALES.

No se pueden dar las bendiciones nupciales, desde el primer domingo de ad-

viento, hasta el dia de la pascua de los reyes inclusive; y desde el miércoles de ceniza, hasta el domingo de cuasimodo inclusive. En todos los demas dias del año se pueden dar, que son desde 7 de enero, hasta el màrtes de carnestolendas; y desde el lúnes siguiente despues del domingo de cuasimodo, hasta el sàbado vìspera del domingo de adviento.

La concesion de Pio IV, que pudiesen los ministros de los indios velarlos en todo tiempo del año, se concedió el año de 1562, por espacio de 25 años; los cuales se acabaron el año 1587, y desde entònces se comenzò à guardar la costumbre general de toda la iglesia tambien entre los indios, que no se pueden velar en los tiempos prohibidos.

DE NUPTIARUM BENEDICTIONE.

Despues de casados, conforme el òrden de nuestra santa madre iglesia, catòlica romana, se daràn las bendiciones nupciales por el òrden siguiente:

EL ORDEN Y CEREMONIAS DE LAS VELACIONES Y MISA DE LOS CASADOS.

Cuando los desposados, despues de hecho el matrimonio, quieren recibir las bendiciones de la misa de las velaciones, estando ellos delante de la puerta de la iglesia, viene el sacerdote à ellos, vestido con amito, alba, estola y capa blanca, precediendo los ministros con la cruz y el hisopo.

Cuente primero las arras, que deben ser trece; las cuales puestas en la fuente ò salvilla juntamente con dos anillos de oro ò de plata, bendice las arras y los anillos. Y si los que reciben las bendiciones son un esposo y una esposa no mas, se bendeciràn de la manera siguiente:

BENEDICTIO ARRARUM.

V. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.*

R. *Qui fecit cœlum et terram.*

V *Sit nomen Domini benedictum.*

R. *Ex hoc, nunc, et usque in sæcu-*

lum.

V. *Domine, exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
V. *Dominus vobiscum.*
R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Benedic, Domine, has arrhas, quas hodie tradit famulus tuus hic in manum ancillæ tuæ, quemadmodum benedixisti Abraham cum Sara, Isaac cum Rebecca, Iacob cum Rachel, dona super eos gratiam salutis tuæ, abundantiam rerum, et constantiam operum; florescant sicut rosa in Ierico plantata, et dominum nostrum Iesum christum timeant, et adorent ipsum qui unus, et trinus est, cuius regnum, et imperium sine fine permanet in sæcula sæculorum. R. *Amen.*

OREMUS.

Domine, Deus omnipotens, qui in similitudinem sancti connubii Isaac cum Rebecca per intercessionem arrharum Abrahæ famuli tui copulare iussisti, ut oblatione munerum nume-

rositas cresceret filiorum; quæsumus omnipotentiam tuam, ut ad hanc oblationem arrharum, quas hic famulus tuus, dilectæ suæ sponsæ offerre procurat, santificator accedas, eosque cum suis muneribus propitius bene ✠ dicas, quatenus tua bene ✠ dictione protecti, et invicem dilectionis vinculo innexi, gaudeant fœliciter cum tuis fidelibus perenniter mancipari. Per Christum Dominum nostrum. R. *Amen.*

Si los que reciben las bendiciones son muchos desposados juntos, se bendecirán las arras como se sigue:

V. *Adiutorium nostrum in nomine, Domini.*

R. *Qui fecit cœlum, et terram.*

V. *Sit nomen Domini benedictum.*

R. *Ex hoc, nunc, et usque in sæculum.*

V. *Domine, exaudi orationem meam.*

R. *Et clamor meus ad te veniat.*

V. *Dominus vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Benedic, Domine, has arrhas, quas

hodie tradunt famuli tui hic in manus ancillarum tuarum, quemadmodum benedixisti Abraham cum Sara, Isac cum Rebecca, Jacob cum Rachel, dona super eos gratiam salutis tuæ, abundantiam rerum, et constantiam operum; florescant sicut rosa in Ierico plantata, et Dominum nostrum Iesum Christum timeant et adorent ipsum, qui unus, et trinus est, cujus regnum, et imperium sine fine permanet insæcula sæculorum.
℟. *Amen.*

OREMUS.

Domine, Deus omnipotens, qui in similitudinem sancti connubii Isaac cum Rebecca per intercessionem arrharum Abrahæ famuli tui copulare iussisti: ut oblatione munerum numerositas cresceret filiorum: quæsumus omnipotentiam tuam, ut ad hanc oblationem arrharum, quas hi famuli tui, dilectis suis sponsis offerre procurant, santificator accedas, eosque cum suis muneribus propitius bene✠dicas, quatenus tua bene✠dictione protecti, et invicem dilectionis vinculo innexi,

gaudeant fœliciter cum tuis fidelibus perenniter mancipari. Per Christum Dominum nostrum. R. *Amen.*

BENEDICTIO ANNULORUM

Benedic, Domine, hos annulos, quos in tuo nomine benedicimus: ut qui eos portàverint, in tua voluntate permaneant, et in amore tuo vivant, senescant, et multiplicentur in longitudinem dierum. Per Christum Dominum nostrum. R. *Amen.*

OREMUS.

Creator, et conservator generis humani, dator gratiœ spiritualis, largitor œternœ salutis: tu Domine tuam mitte bene ✠ dictionem super hos annulos, ut qui hoc fidelitatis signo insignitus incesserit, in virtute cœlestis defensionis, ad œternam vitam sibi proficiat. Per Christum Dominum nostrum. R. *Amen.*

Benedictio Dei Patris ✠ omnipotentis, et Fi ✠ lii, et Spiritus ✠ sancti descendat, et ma ✠ neat super hos

annulos, et has arrhas. R. *Amen.*
Echa agua bendita el sacerdote sobre los anillos, arras y circunstantes; y toma el un anillo con los tres primeros dedos, diciendo:

Bene ✠ dic Domine hunc annulum, ut eius figura pudicitiam custodiat.

Y lo pone en el cuarto dedo de la mano derecha del esposo, diciendo:

In nomine Patris, et Filii, et spiritus sancti. Amen.

De la misma manera toma el otro anillo, lo bendice con la misma bendicion, y lo da al esposo, el cual tomàndolo con los tres dedos de la mano derecha lo pone en el cuarto dedo de la mano derecha de su esposa: luego puestas juntas debajo las manos de la esposa y encima las del esposo, el esposo deja caer las arras en las manos de la esposa diciendo tras el sacerdote estas palabras:

Esposa, este anillo y arras, os doi en señal de matrimonio.

Responde ella, diciendo:

Yo lo recibo.

Y deja las arras en la fuente ò salvilla

y luego dice el sacerdote:

V. *Manda, Deus, virtuti tuæ, confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis.*

V *A templo sancto tuo, quod est in Ierusalen tibi offerent reges munera.*

V. *Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum, ut excludant eos, qui probati sunt argento.*

V *Gloria Patri, et Filiio, et Spiritui sancto.*

R, *Sicut erat in principio, et nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.*

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson..

Pater noster,.. . .

V. *Et ne nos inducas in tentationem.*

R. *Sed libera nos à malo.*

V. *Salvos fac servos tuos.*

R. *Deus meus sperantes in te.*

V. *Domine, exaudi orationem meam.*

R. *Et clamor meus ad te veniat.*

V. *Dominus vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob: bene ✠ dic coniuges istos, et semina semen vitæ in mentibus eorum: ut quidquid maiestati tuæ gratum esse intellexerint, opere compleant. Per Christum Dominum nostrum.

Amen.

Entònces el sacerdote, tomando las manos derechas de los casados, los introducirà en la iglesia diciendo el salmo:

Beati omnes qui timent Dominum; qui âmbulànt in viis eius.

Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tuæ.

Filii tui sicut novellæ olivarum: in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion, et videas bona Ierusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum pacem super Israel.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Habiendo llegado al altar, hincanse de rodillas; y vuelto el sacerdote á ellos, dice:

Kyrie eleyson. Criste eleyson. Kyrie eleyson.

Pater noster, etc.

V. *Et ne nos inducas in tentationem.*

R. *Sed libera nos à malo.*

V. *Domine exaudi orationem meam.*

R. *Et clamor meus ad te veniat.*

V. *Dominus vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Benedicat vos Deus, et vestri oris eloquia, cor vestrum sinceri amoris copulet nexu perpetuo. Amem. Floreatis cum præsentium copiis, fructificetis decenter in filiis, gaudeatis perenniter cum amicis. Amen. Tribuat vobis Dominus dona perennia paren-

tibus. et amicis felicitér, dilatata, et cunctis gaudia sempiterna. R. *Amen.*

OREMUS.

Benedicat vos Dominus cœlestis gloriæ: Rex omnium sanctorum. Amen. Detque vobis suæ dilectionis dulcedinem. et sœculi presentis fœlicitate lœtari Amen. Collato etiam gaudio filiorum. post diuturnum tempus, conferat habitaculum cœlestium mansionum. Qui vivit, et regnat, Deus in sæcula sæculorum. R. *Amen.*

Luego el sacerdote se quita la capa, y toma manìpulo, y casulla blanca, y empieza la misa, que ha de ser de las velaciones. como està en el misal romano, hecho por decreto del santo Concilio de Treoto, que se intitula: *Pro sponso, et sponsa*, comienza; *Deus Israel coniungat vos, etc* En esta misa se ha de decir: *Gloria in excelsis Deo*, en cualquier dia que se dixere, aunque sea feria; pero no se ha de decir *credo*; sino fuere en Dominica, ò en los dias de las fiestas

que lo traen.

Si el dia en que se dice la misa de las velaciones fuere en cualquiera fiesta doble, ò Domìnica, la misa se dirà de la dicha fiesta, con commemoracion de la misa de las velaciones, añadiendo tambien à su tiempo las oraciones nupciales. *Propitiare*, y *Deus, qui potestate*, y *Deus Abraham*, como està en el misal romano.

En las fiestas semidobles, y en las de los santos de tres lecciones, se dirà la misa: *Pro sponso, et sponsa*, con commemoracion de los santos, que aquel dia ocurrieren.

ORDO, SEU MODUS BENEDICENDI SPONSOS IN MISSA.

Habiendo dicho el *Pater Noster* el sacerdote, àntes que diga: *Libera nos quaesumus Domine*, estando al lado de la epìstola, vuelto à los desposados, que han de estàr hincados de rodillas delante del altar, dice sobre ellos la siguiente oracion, si fuere un esposo y una esposa no mas.

OREMUS.

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, et institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste: ut quod te auctore iungitur, te auxiliante servetur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, et regnat in unitate Spiritus, etc. R. *Amen.*

OREMUS.

Deus, qui potestate virtutis tuae de nihilo cuncta fecisti, qui dispositis universitatis exordiis, homini ad imaginem Dei facto, ideo inseparabile mulieris adiutorium condidisti, ut foemineo corpori de virili dares carne principium, docens, quod ex uno placuisset institui, nunquam liceret disiungi. Deus qui tam excellenti mysterio coniugalem copulam consecrasti: ut Christi, et Ecclesiae sacramentum praesignares in foedere nuptiarum, Deus, per quem mulierem iungitur viro, et societas principaliter ordinata ea benedictione donatur, quae sola nec per

originalis peccati poenam. nec per diluvii est ablata sententiam: respice propitius super hanc famulam tuam, quae maritali iungenda consortio, tua se expetit protectione muniri: fit in ea iugum dilectionis, et pacis, fidelis, et casta nubat in Christo, imitatrixque sanctarum permaneat faeminarum, sit amabilis, ut Rachel, suo viro, sapiens ut Rebecca, longaeva, et fidelis, ut Sara. Nihil in ea ex actibus suis ille auctor praevaricationis usurpet, nexa fidei, mandatisque permaneat, uni thoro iuncta contactus illicitos fugiant, muniat infirmitatem suam robore disciplinae: sit verecundia gravis, pudore venerabilis, doctrinis coelestibus erudita, sit faecunda in sobole, sit probata, et innocens, et ad beatorum requiem, atque ad coelestia regna perveniat, et videant ambo filios filiorum suorum, usque ad tertiam, et quartam generationem, et ad optatum perveniant senectutem. Per Dominum. R. *Amen.*

Si los desposados son muchos, se dirà la siguiente oracion:

OREMUS.

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, et institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste: ut quod te auctore iungitur, te auxiliante servetur. Per Christum Dominum nostrum. ℞. *Amen.*

OREMUS.

Deus, qui potestate virtutis tuae de nihilo cuncta fecisti, qui dispositis universitatis exordiis homini ad imaginem Dei facto, ideo inseparabile mulieris adiutorium condidisti, ut foemineo corpori de virili dares carne principium, docens, quod ex uno placuisset institui, nunquam liceret disiungi Deus, qui tam excellenti mysterio coniugalem copulam consecrasti, ut Christi, et ecclesiae sacramentum praesignaris in foedere nuptiarum. Deus, per quem mulier iungitur viro, et societas principaliter ordinata ea benedictione donatur, quae sola nec per originalis peccati poenan, nec per diluvii est ablata sententiam: respice propitius super has famulas tuas, quae

maritali iungendae consortio, tua se expetunt protectione muniri, sit in eis iugum dilectionis, et pacis, fidelis, et castae nubant in Christo, imitatrices sanctarum permaneant foeminarum; sint amabiles, ut Rachel viro suo, sapientes, ut Rebecca, longaevae, et fideles: ut Sara; nihil in eis ex actibus suis ille auctor praevaricationis usurpet, nexae fidei mandatisque permaneant, uni thoro iunctae contactus illicitos fugiant, muniant infirmitatem suam robore disciplinae, sint verecundia graves, pudore venerabiles, doctrinis coelestibus eruditae: sint foecundae in sobole, sint probatae, et innocentes, et ad beatorum requiem, atque ad coelestia regna perveniant, et videant ambo filios filiorum suorum, usque ad tertiam, et quartam generationem, et ad optatam perveniant senectutem. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, etc. R. *Amen.*

Despues del *Ite Missa est*, el sacerdote, antes que de la bendicion, vuelto á los desposados, diga:

Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Iacob sit vobiscum: et ipse adimpleat benedictonem suam in vobis, ut videatis filios filiorum vestrorum usque ad tertiam, et quartam generationem, et posteà vitam æternam habeatis sine fine. adiuvante Domino nostro. Per Jesum Christum, qui cum Patre, et Spiritu Sancto vivit, et regnat Deus, per omia saecula saeculorum. R. *Amen.*

El sacerdote, con palabras graves, amoneste à los casados, que se guarden lealtad el uno al otro: que guarden castidad en tiempo de oracion, principalmente en tiempo de ayunos, y de fiestas solemnes: que el marido ame à la muger, y la muger al marido, y permanezcan en el temor de Dios. Despues les echarà agua bendita, les darà la bendicion, y dirà el Evangelio de San Juan. *In principio erat Verbum*, etc.

DE SECUNDIS NUPTIIS.

Las segundas velaciones no se han

de bendecir. Y aquellas se dicen segundas velaciones (para que no se bendigan) que son segundas de parte de la muger, aunque sean primeras de parte del varon. Y no importa que la viuda, casàndose segunda vez, sea doncella, ò no sea; basta que una vez haya sido bendita; y asì, la que una vez se casò, y àntes de recibir las bendiciones, enviudò, cuando despues segunda vez se casa, se ha de bendecir como si se bendijera la primera vez; y la que una vez ha sido bendita, no se ha de bendecir segunda vez. Y en estas velaciones no se bendicen, ni se dan arras, ni anillos, ni se pone velo, ni yugal, ni se dice misa de velaciones, mas solamente se hace lo siguiente: el sacerdote vestido, tiene à los novios, que estàn à la entrada de la iglesia; y habiéndoles echado agua bendita, los mete à la iglesia, diciendo el salmo: *Beati omnes qui timent Dominum. etc.* Y luego, dejado todo lo demas, oyen, apartados del altar, la misa, que se ha de decir por ellos. Si fuere fiesta doble, ò domingo, diràse la misa del dia.

En los demas dias se les puede decir la misa votiva, conforme à su devocion; con tàl, que no sea la que se intitula: *Pro sponso, et sponsa.* Ni en la misa que se dijere se ponga algo de lo contenido en la misa *Pro sponso, et sponsa.* Y acabada la misa, se dirà sobre ellos, puestos de rodillas delante del altar la siguiente oracion.

ORATIO.

Respice, Domine, super hanc coniunctionem tuam, ut sicut missisti sanctum àngelum tuum Raphaelem, pacificum Thobiae, et Sarae, filiae Rachelis: ita digneris, Domine, mittere benedictionem tuam super hos famulos tuos, ut in tua voluntate permaneant, et in amore tuo vivant, et senescant, et multiplicentur in longitudinem dierum. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum. R. *Amen.*

Benedictio Dei Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spiritus ✠ Sancti descendat super vos, et maneat semper. Amen.

Y despues de haberles hecho la exortacion arriba puesta, les echa agua

bendita, y dice:

ITE IN PACE.

BENEDICTIO AGRORUM, UT AB EIS LOCUSTÆ, ET ALIA ANIMALIA NOXIA, EXPELLANTUR.

Habiéndose de bendecir el campo. para que la langosta, ù otros animales nocivos no le dañen, se vestirà el sacerdote que lo huviere de hacer de sobrepelliz, y estola morada; y estando en el lugar donde haya langosta, ù otros animales nocivos, dirà lo que se sigue:

V. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.*
R. *Qui fecit cœlum, et terram.*
V. *Domine, exaudi orationem meam.*
R. *Et clamor meus ad te veniat.*
V. *Dominus vobiscum.*
R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Preces nostras, quaesumus, Domi*ne, clementer exaudi, ut qui iusté pro*

peccatis nostris affligimur, et hanc vermium, seu murium, aut locustarum, vel aliorum animalium calamitatem patimur, pro tui nominis gloria ab ea misericorditer liberemur; ut per potentiam tuam expulsa, nulla noceant, et hos agros, (vel has) vineas, aut aquas intacta dimittant, quatenus, quae ex eis orta fuerint, tuae maiestati deserviant, et nostræ necessitati subveniant. Per Christum Dominum nostrum.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus bonorum omnium auctor, et conservator, in cuius nomine omne genuflectitur cœlestium, terrestrium, et infernorum concede ut quod de tua misericordia confisi agimus, per tuam gratiam efficacem consequatur effectum, quatenus hos vermes, mures, aves locustas, aut alia animalia noxia segregrando segreges, exterminando extermines, ut ab ista calamitate liberati gratiarum actiones maiestati tuæ referamus. Per Christum Dominum nostrum. R. *Amen.*

OREMUS.

Deus qui famulorum tuorum Moysis, et Aaronis ministerio ab Ægyptiis pro gloria nominis tui locustas bruchos, cinifes, aliasque plagas (scilicet iustitiæ tuæ in peccatores flagella) avertisti, à filiis quoque Israel prohibuisti, à populo in te credente similes calamitates aufer, ut potentiam tuam, et beneficentiam prædicemus Per Christum Dominum nostrum.

R. *Amen.*

OREMUS.

Largiri, et conservare fructus terræ dignare, Domine, Deus noster, ut temporalibus gaudeamus auxiliis, et proficiamus spiritualibus incrementis. Per Christum Dominum nostrum.

R. *Amen.*

Oramus te, Domine, Deus noster, ut hos agros, aut vineas serenis oculis, hilarique vultu respicere digneris, tuamque super eos mitte bene ✠ dictionem, ut non grando surripiat, non turbo subvertat, non vis tempestatis detruncet, non æstus exu-

rat, non animalia noxia corrodant, neque inundatio pluviæ exterminet, sed fructus incolumes, uberesque usui nostro ad plenam maturitatem perducat. Per Christum. etc. R. *Amen.*

Benedictio Dei *omnipotentis Pa✠tris, et Fi✠lii, et Spiritus ✠ sancti, descendat et maneat super hos agros, aut vineas, et eorum fructus.*

R. *Amen.*

Tome despues el aspersorio, y bendiga los campos diciendo la antífona:

Asperges me, Domine, hyssopo et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor.

El salmo. *Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam.* Se reza todo. *Gloria Patri:* y se repite la antífona *Asperges*; mas en tiempo pascual, *Vidi aquam egredientem de templo à latere dextro, alleluya, et omnes ad quos pervenit aqua ista, salvi facti sunt, et dicent. Alleluy, aalleluya.*

El salmo. *Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in sæculum*

misericordia eius. Gloria Patri: y se repite la antifona.

Acabado esto se signa el sacerdote empezando por el libro en su frente, boca y pecho.

V. *Dominus vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

Sequentia sancti evengelii secundum Marcum.

R. *Gloria tibi, Domine.*

In illo tempore: dixit Iesus discipulis suis: Euntes in mundum universum prœdicate evangelium omni creaturœ. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur novis, serpentes tollent, et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, et bene habebunt.

R. *Laus tibi Christe.*

V. *Dominus vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Præces nostras, quæsumus, Domine, clementer exaudi, ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur, et hanc vermium (vel murium) bruchorum, avium, locustarum (vel aliorum animalium) calamitatem patimur, pro tui nominis gloria ab ea misericorditer liberemur: ut per potentiam tuam expulsa nulli noceant, et hos agros (vel has vineas, vel hos hortos intactos, vel intactas) dimittant, quatenus quæ ex eis orta fuerint, tuæ maiestati deserviant. Per Christum Dominum nostrum. R. *Amen.*

Despues aspergea con agua bendita por tres veces los campos en forma de ✠ y dice:

Benedictio Dei omnipotentis descendat, et maneat super hos agros, vineas, hortos, et eorum fructus, in nomine Patris ✠ et Filii, et Spiritus sancti. R. *Amen.*

PRO AQUIS INFECTIS.

Domine Iesu christe, qui Iorda-

nis flumen benedixisti, et in eodem baptizatus aquas purificasti, ut elementum salubre efficeretur in remissionem peccatorum; has aquas quoque bene ✠ dicere, et santificare digneris, ut nihil eis noxium, nihil pestilens, nihil corrumpens maneat, sed omnia pura et munda in eis efficiantur; ut quae ad usum hominum ex eis creata sunt, cum gloria tua et salute nostra sumamus. Per Christum Dominum nostrum R. *Amen.*

Mox aspergat agros, vineas, vel aquas aqua benedicta. Si maximè ingravuerit dictarum bestiarum tribulatio, poterit clerus, populo comitante, ad locum infectum accedere, ut in die sancti Marci, ad cum perventum fuerit, aspergantur termini aqua benedicta, canendo pro temporis diversitate, " Vidi " aquam egredientem " vel " Asperges me, Domine, " &c. Legantur, aut cantentur quatuor Evangelia ad quatuor plagas mundi.

Sequentia sancti evangelii secun-

dum Mattheum.

R. *Gloria tibi,* Domine.

Cum natus esset Iesus in Bethlehem Iudae, in diebus Herodis Regis: ecce Magi ab oriente venerunt Ierosolyman, dicentes, ubi est, qui natus est Rex iudeorum? Vidimus stellam eius in oriente, et venimus adorare eum. Audiens autem Herodes Rex, turbatus est, et omnis Ierosolyma cum illo: et congregans omnes principes sacerdotum, et scribas populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei, in Bethlehem Iudae. Sic enim scriptum est per Prophetam; Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes, clàm vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellae, quæ apparuit eis. Et mittens illos in Bethlehem, dixit: Ite, et interrogate diligenter de puero: et cum inveneritis, renuntiate mihi, ut et ego veniens, adorem eum. Qui cum audissent Regem, abierunt: et ecce stella,

quam viderant in oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam, gavisi sunt gaudio magno valdé: et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria mater ejus: et procidentes "(hic genuflectitur)" adoraverunt eum. Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, et myrrham. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.

V. *Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum.*

R. *Gloria tibi, Domine.*

In illo tempore: Recumbentibus undecim discipulis apparuit illis Iesus, et exprobavit incredulitatem eorum, et duritiam cordis: quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur.

Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eiicient; linguis loquentur novis, serpentes tollent; et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, et benè habebunt. Et Dominus quidem Iesus, posteaquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, et sedet à dextris Dei. Illi autem profecti, prædicaverunt ubique Domino cooperante, et sermonem confirmante, sequentibus signis.

V. *Sequentia sancti Evangelii sucundum Lucam.*

R. *Gloria tibi domine.*

In illo tempore: Missus est àngelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareht ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et ingressus àngelus ad eam dixit: Ave gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cùm audisset, turbata est in sermone eius, et cogita-

bat, qualis esset ista salutatio. Et ait àngelus: ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, et filius Altissimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius et regnabit in domo Iacob in æternum; et regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad àngelum: quomodò fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens àngelus, dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideòque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua; et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis; quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

℣. *Initium sancti Evangelii secundum Ioannem.* ℟. *Gloria tibi domine. In principio erat Verbum, et*

Verbum erat apud Deum. &c. ut in Missali.

BENEDICTIO TERRÆ SEMINATÆ SEU PLANTATÆ.

V. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.*
R. *Qui fecit cœlum et terram.*
V. *Dominus vobiscum.*
R. *Et cum spiritu tuo.*

Bene ✠ dicat nos. Deus, Deus noster, et terræ nostræ ubertatem concedat, in centuplum amplificet fructus eius, ut venientes in exultatione manipulos nostros colligamus. Per Christum Dominum nostrum. R. *Amen.*

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO PRO ANIMALIBUS INFIRMATIBUS.

Primò animalia aspergantur aqua benedicta postea sacerdos dicat:
V. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.*

R. *Qui fecit cœlum et terram.*
V. *Domine exaudi orationem meam.*
R. *Et clamor meus ad te veniat.*
V. *Dominus vobiscum.*
R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Misericordiam tuam, Domine, supplices exoramus ut hœc animalia, quœ gravi infirmitate vexantur, tua bene ✠ dictione sanentur, extinguatur in eis omnis diabolica potestas, neque ulterius aegrotent: esto eis vitæ defensio, et remedium sanitatis.

Deus, qui laborantibus hominibus, etiam de mutis animalibus solatia subrogasti; suppliciter te rogamus, ut sine quibus non alitur humana conditio, nostris facias usibus non perire. Per Christum Dominum nostrum. R. *Amen.*

BENEDICTIO EQUORUM,

ET ANIMALIUM.

V. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.*

R. *Qui fecit cœlum, et terram.*
V. *Domine, exaudi orationem meam,*
R. *Et clamor meus ad te veniat.*
V *Dominus vobiscum.*
R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Deus refugium nostrum, et virtus, adesto piis ecclesiœ tuœ precibus auctor ipse pietatis, et præsta, ut quod fideliter petimus efficaciter consequamur. Per Christum Dominum nostrum R. *Amen.*

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriosum Beatum Antonium, variis tentationibus probatum, inter mundi huius turbines illaesum transire fecisti, concede famulis tuis, ut, et præclaro ipsius proficiamus exemplo, et à praesentis vitae periculis: eius meritis et intercessione liberemur. Per Christum Dominum nostrum.
R *Amen.*

OREMUS.

Benedictionem tuam, Domine,

haec animalia accipiant, qua corpore salventur, et ab omni malo per intercessionem Beati Antonii liberentur. Per Christum Dominum nostrum.
R. *Amen.*
Deinde aspergantur, aqua benedicta.

BENEDICTIO SACERDOTALIUM INDUMENTORUM IN GENERE.

V. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.*
R. *Qui fecit cœlum et terram.*
V. *Dominus vobiscum.*
R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, *qui per Moysen famulum tuum pontificalia et sacerdotalia seu levitica vestimenta, ad explendum in conspectu tuo misterium eorum, ad honorem et decorem nominis tui fieri decrevisti: adesto propitius invocationibus nostris: haec indumenta sacerdotalia, desuper irrigante gratia tua ingenti benedictione per nostrae humilitatis*

servitium purifi ✠ care. bene ✠ dicere. et con ✠ secrare digneris: ut divinis cultibus et sacris mysteriis apta et benedicta existant: hic quoque sacris vestibus pontifices, et sacerdotes, seu levitae tui induti, ab omnibus impulsionibus seu tentationibus malignorum spiritum muniti et defensi esse mereantur: tuisque mysteriis aptè et condigné servire et inhaerere, atque in his tibi placitè et devotè perseverare tribue. Per *Chistum* Dominum *nostrum.* R. *Amen*

OREMUS.

Deus *invictae virtutis triumphator, et omnium rerum creator ac santificator: intende propitius preces nostras: et haec indumenta leviticae, sacerdotalis et pontificalis gloriae, ministris tuis fruenda tuo ore propio bene ✠ dicere, sanctificare. et conse ✠ crare digneris omnesque eis utentes, tuis mysteriis aptos, et tibi in eis devote ac laudabiliter servientes, gratos efficere dignèris. Per* Dominum *nostrum Iesum Chistum.*

OREMUS.

Domine Deus omnipotens. qui vestimenta pontificibus, sacerdotibus, et levitis in usum tabernaculi fœderis necessaria. Moysen famulum tuum agere iussisti, cumque spiritu sapientiae ad id peragendum replevisti: hac vestimenta in usum et cultum mysterii tui bene ✠ dicere, sancti ✠ ficare, et conse ✠ crare digneris. atque ministros altaris tui. qui ea induerint septiformis Spiritus gratia dignanter repleri, atque castitatis stola, beata facias cum bonorum fructu operum ministerii congruentis immortalitate vestiri. Per Christum Dominum nostrum. R. *Amen.*

Deinde aspergit ipsa indumenta aqua benedicta.

BENEDICTIO MAPPARUM SIVE LINTEAMINUM ALTARIS.

V. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.*

R. *Qui fecit cœlum et terram.*

V. *Dominus vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Exaudi, Domine, preces nostras, et haec linteamina sacri altaris usui praeparata bene ✠ dicere, at sancti ✠ ficare digneris. Per Christum Dominum nostrum. R. *Amen.*

OREMUS.

Domine, Deus omnipotens, qui Moysen famulum tuum, ornamenta et linteamina facere per quadraginta dies docuisti, quae etiam Maria texuit, et fecit in usum ministerii, et tabernaculi fœderis: bene ✠ dicere, sancti ✠ ficare, et conse ✠ crare digneris haec linteamina ad tegendum involvendumque altare gloriosissimi filii tui Domini nostri Iesu Christi: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum R. *Amen.*

Deinde aspergit ea aqua benedicta.

BENEDICTIO CORPORALIUM.

R. *Adiutorium nostrum in nomine*

Domini.

℟. *Qui fecit cœlum, et terram.*

℣. *Dominus vobiscum.*

℟. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Clementissime, Domine, cuius inenarrabilis est virtus, cuius mysteria arcanis mirabilibus celebrantur: tribue, quaesumus, ut hoc linteamen tuae propitiationis bene✠dictione sanctificetur ad consecràndum super illud corpus et sanguinem Dei et Domini nostri Iesu Christi filii tui: qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. ℟. *Amen.*

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, bene✠dicere, sancti✠ficare, et conse✠crare digneris linteamen istud ad tegendum involvendumque corpus et sanguinem Domini nostri Iesu Chisti filii tui: qui tecum vivit et regnat, in unitate &c. ℟. *Amen.*

OREMUS.

Omnipotens Deus, manibus nostris opem tuae benditionis infunde: ut per nostram bene✠dictionem hoc linteamen sanctificetur, et corporis ac sanguinis redemptoris nostri novum sudarium, Spiritus sancti gratia efficiatur. Per eumdem Dominum. *In unitatem eiusdem Spiritus sancti.*

R. *Amen.*

Et aspergat aqua benedicta.

BENEDICTIO TABERNACULI, SEU VASCULI PRO SACROCANTA EUCHARISTIA CONSERVANDA.

V. *Adiutorium nostrum in nomini* Domini

R. Qui *fecit coelum et terram.*

V. Dominus *vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, maiestatem tuam supplices deprecamur, ut uasculum hoc pro corpore filii tui Donini *nostri Iesu christi in eo con-*

dendo fabricatum, bene ✠ dictionis tuae gratia dicare digneris. Per eumdem Dominum nostrum. R. Amen.
Deinde aspergit illud aqua benedicta.

BENEDICTIO NOVÆ CRUCIS.

V. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.*
R. *Qui fecit coelum et terram.*
V. *Domine, exaudi orationem meam.*
R. *Et clamor meus ad te veniat.*
V. *Dominus vobiscum.*
R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Rogamus te, Domine sancte, Pater omnipotens aeterne Deus: ut digneris bene ✠ dicere hoc signum crucis tuae, ut sit remedium salutare generi humano; sit soliditas fidei, profectus bonorum operum, redemptio animarum, sit solamen, et protectio, ac tutela contra saeva iacula inimicorum. Per Christum Dominum nostrum. R. *Amen.*

Alia oratio ad idem.

Bene ✠ dic. Domine Iesu Christe, hanc crucem tuam, per quam eripuisti mundum à potestate daemonum et superasti passione tua suggestorem peccati, qui gaudebat in praevaricatione primi hominis per ligni vetiti sumptionem. His aspergat aqua benedicta *Sanctificetur hoc signum crucis in nomine Patris ✠, et Filii ✠, et Spiritus ✠ sancti, ut orantes inclinantesque se propter Dominum ante istam crucem, inveniant corporis et animae sanitatem. Per Christum Dominum*

R. Amen.

Postea sacerdos genuflexus ante crucem devote adorat, et osculatur, et idem faciunt quicumque voluerint.

BENEDICTIO IMAGINUM IESU CHRISTI DOMIMI NOSTRI, BEATAE VIRGINIS MARIÆ, ET ALIORUM SANCTORUM.

V. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.*

R. *Qui fecit caelum et terram.*

R. *Dominus vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Omnipotens. sempiterne Deus, qui sanctorum tuorum imaginis (sive effigies) sculpi aut pingi non reprobas. ut quoties illas oculis corporeis intuemur, toties eorum actus et sanctitatem ad imitandum memoriae oculis meditemur: hanc, quaesumus, imaginem (seu sculpturam) in honorem et memoriam unigeniti Filii tui domini nostri Iesu Christi (vel beatissimae virginis Mariae matris domini nostri Iesu Christi, vel beati N. Apostoli tui, vel martyris. vel confessoris, aut Pontificis, aut virginis) adaptatam bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris: et praesta, ut quicumque coram illa unigenitum Filium tuum (vel beatissimam Virginem. vel gloriosum Apostolum. sive martyrem. sive confessorem, aut Virginem) suppliciter colere et honorare studuerit. illius meritis et obtentu á te gratiam in praesenti. et aeternam gloriam obtineat in futuro. Per eumdem Christum dominum nostrum. ℟. *Amen.*

ORDO AD FACIENDAM AQUAM BENEDICTAM.

Diebus Dominicis, et quandocumque opus fuerit, præparato sale et aqua munda benedicenda in ecclesia, vel in sacristia, sacerdos super perpelliceo et stola violacea indutus, primò dicit:

V. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.*

R. *Qui fecit cœlum et terram.*

Deinde absolute incipit exorcismum salis.

Exorcizo te creatura salis per Deum ✠ *vivum, per Deum* ✠ *verum, per* Deum ✠ *sanctum, per Deum, qui te per Eliseum Prophetam in aquam mitti iussit, ut sanaretur sterilitas aquæ: ut efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium: et sis omnibus sumentibus te sanitas animæ et corporis: et effugiat atque discedat à loco, in quo aspersum fuerit, omnis phantasia, et nequitia, vel ver-*

sutia diabolicæ fraudis, omnisque spiritus immundus adiuratus per eum qui venturus est iudicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem.
R. *Amen.*

OREMUS.

Immensam clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus: ut hanc creaturam salis, quam in usum generis humani tribuisti, bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare tua pietate digneris: ut sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis: et quidquid ex eo tactum, vel respersum fuerit, careat omni inmunditiä, omnique impugnatione spiritualis nequiciæ. Per Dominum.
Exorcismus aquæ: et dicitur absolute:

Exorcizo te creatura aquæ in nomine Dei ✠ Patris omnipotentis, in nomine Iesu Christi filii eius Domini nostri, et in virtute Spiritus sancti: ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, et ipsum inimicum eradicare et explantare valeas cum angelis suis apostaticis:

per virtutem eiusdem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. R. Amen.

OREMUS.

Deus, qui ad salutem humani generis maxima quæque sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius invocationibus nostris, et elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ bene ✠ dictionis infunde: ut creatura tua mysteriis tuis serviens, ad abigendos dæmones, morbosque pellendos, divinæ gratiæ sumat effectum: ut quidquid in domibus, vel in locis fidelium haec unda resperserit, careat omni immunditia, liberetur à noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedant omnes insidiæ latentis inimici: et si quid est, quod aut incolumitati habitantium invidet aut quieti, aspersione huius aquae effugiat: ut salubritas per invocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit im-

pugnationibus defensa. Per Dominum nostrum.

Hic ter mittat sal in aquam in modum crucis dicendo semel:

Commixtio salis et aquæ pariter fiat. in nomine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spiritus ✠ sancti. R. *Amen.*

V. *Dominus vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Deus invicte virtutis auctor, et insuperabilis imperii Rex, ac semper magnificus triumphator: qui adversæ dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis sævitiam superas: qui hostiles nequitias potenter expugnas: te Domine, trementes et supplices deprecamur ac petimus: ut hanc creaturam salis et aquæ dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuæ rore sanctifices: ut ubicumque fuerit aspersa, per invocationem sancti nominis tui, omnis infestatio immundi spiritus abigatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur: et præsentia sancti Spiritus nobis misericor-

diam tuam poscentibus, ubique adesse dignetur. Per Dominum nostrum, in unitate ejusdem Spiritus sancti, &c.

Post benedictionem aquæ, sacerdos Dominicis diebus antequam incipiat Missam, aspergit altare, deinde se, et ministros, ac populum, prout in missali præscribitur.

Posteà Christi fideles possunt de ipsa aqua benedicta in vasculis suis accipere. et secum deferre ad aspergendos ægros, domos, agros, vineas, et alia, et ad eam habendam in cubiculis suis, ut ea quotidie et sæpiùs aspergi possint.

BENEDICTIO CANDELARUM EXTRA DIEM PURIFICATIONIS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

℣. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

℟. *Qui fecit cœlum et terram.*

℣. *Dominus vobiscum.*

℟. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Domine Iesu Christe, Fili Dei vivi, bene ✠ dic candelas istas supplicationibus nostris: infunde eis, Domine, per virtutem sanctæ Cru ✠ cis, benedictionem cœlestem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti: talemque benedictionem signaculo sanctæ Cru ✠ cis accipiant, ut quibuscumque locis accensæ sive positæ fuerint, discedant principes tenebrarum, et contremiscant, et fugiant pavidi cum omnibus ministris suis ab habitationibus illis: nec praesumant ampliús inquietare aut molestare servientes tibi omnipotenti Deo. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. R. *Amen.*

Postmodum aspergantur aqua benedicta.

BENDICION DEL ROSARIO Y CORONA DE LA VIRGEN.

V. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.*

R. *Qui fecit cœlum et terram.*

V. *Dominus vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Omnipotens misericors Deus, qui propter eximiam charitatem tuam, qua dilexisti nos, Filium tuum unigenitum Dominum nostrum Iesum Christum de cœlo in terram descendere et de beatissimae virginis Mariae Dominae nostrae utero sacratissimo, àngelo nunciante carnem suscipere, crucemque, ac mortem subire, et tertia die gloriose à mortuis resurge, voluisti, ut nos à diaboli potestate eriperet; obsecramus immensam clementiam tuam, ut rosarium istud (vel coronam) in honorem, et laudem genitricis filii tui, ab ecclesia tua fideli dicatur, bene ✠ dicas, et sancti ✠ fices, eique tantam Spiritus sancti virtutem infundas: ut quicumque illud secum portaverit, domique suae, et extra, sacratissimae virginis salutari cultui semper intentus, secum reverenter habuerit; et in eo ad te, secundum piam ecclesiae consuetudinem, divina contemplando mis-

teria devote oraverit, salubri, et perseveranti devotione abundet, sitque consors, et particeps gratiarum, et indulgentiarum omnium, quae huiusmodi devotioni vocantibus per sanctam sedem apostolicam concessa fuerunt, ab omni hoste visibili, et invisibili, semper, et ubique in hoc, et in futuro sæculo liberetur, et in exitu suo á deipara virgine tibi plenus bonis operibus præsentari mereatur. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. *Amen.*

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO DOMUS NOVÆ.

V. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.*

R. Qui *fecit cœlum et terram.*

V. *Dominus vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Te Deum *Patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo, et habitatoribus eius, ac rebus: ut*

eam bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare, ac bonis omnibus ampliare digneris: tribue eis, Domine, de rore cœli abundantiam, et de pinguedine terræ vitæ substantiam, et desideria voti eorum ad effectum tuae miserationis perducas. Ad introitum ergo nostrum bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare digneris hanc domum, sicut benedicere dignatus est domum Abraham, Isaac, et Iacob: et intra parietes domus istius angeli tuae lucis inhabitent, eamque et eius habitatores custodiant. Per Christum Dominum *nostrum.* ℟. *Amen.*

Deinde aspergat aqua benedicta.

BENEDICTIO THALAMI.

℣. *Adiutorium nostrum in nomine* Domini.

℟. *Qui fecit cœlum et terram.*

℣. *Dominus vobiscum.*

℟. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Bene ✠ dic, Domine, thalamum hunc: ut omnes habitantes in eo, in

tua pace consistant, et in tua voluntate permaneant, et senescant, et multiplicentur in longitudine dierum, et ad regna cœlorum perveniant. Per Christum Dominum nostrum.
℟. *Amen.*
Posteà aspergat thalamum aqua benedicta.

BENEDICTIO AD QUODCUMQUE COMESTIBILE.

℣. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.*
℟. *Qui fecit cœlum et terram.*
℣. *Dominus vobiscum.*
℟. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Bene ✠ dic, Domine, creaturam istam N. ut sit remedium salutare generi humano: et praesta per invocationem sancti nominis tui; ut quicumque ex ea sumpserint, corporis sanitatem, et animae tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. ℟. *Amen.*

Aspergat id aqua benedicta.

DE BENEDICTIONE MULIERIS POST PARTUM.

Si qua puerpera post partum iuxta pium ac laudabilem consuetudinem ad ecclesiam venire voluerit pro incolumitate sua Deo gratias actura, petieritque à sacerdote benedictionem, ipse superpelliceo et stola alba indutus, cum ministro aspergillum deferente, ad fores ecclesiæ accedat, ubi illam genuflectentem, et candelam accensam in manu tenentem, aqua benedicta aspergat, deinde dicat.

℣. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.*

℟. *Qui fecit cœlum et terram.*

Añа. *Haec accipiet benedictionem à Domino.*

PSALMUS 23.

*Domini est terra, et plenitudo eius: * orbis terrarum, et universi qui habitant in eo.*

*Quia ipse super maria fundavit eum: * et super flumina praeparavit eum,*

Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius?*

Innocens manibus et mundo corde, qui non accepit in vanum animam suam, nec iuravit in dolo proximo suo.*

Hic accipiet benedictionem à Domino: et misericordiam à Deo salutari suo.*

Haec est generatio quaerentium eum, quaerentium faciem Dei Iacob.*

Attollite portas principes vestras, et elevamini portae aeternales: et introibit Rex gloriae.*

Quis est iste Rex gloriae? Dominus fortis et potens, Dominus potens in praelio.*

Attollite portas principes vestras; et elevamini portae aeternales: et introibit Rex gloriae.*

Quis est iste Rex gloriae? Dominus virtutum ipse est Rex gloriae.*

Gloria Patri, et Filio.

Antifona. *Haec accipiet benedictionem à Domino, et misericordiam à Deo salutari suo: quia haec*

est generatio quaerentium Dominum.

Deinde porrigens ad manum mulieris extremam partem stolae, eam introducit in ecclesiam, dicens:

Ingredere in templum Dei, adora filium beatae Mariae virginis, qui tibi fecunditatem tribuit prolis.

Et ipsa ingressa genuflectit coram altari, et orat, gratias agens Deo de beneficiis collatis; et sacerdos dicit:

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Secretò.

℣. *Et ne nos inducas in tentationem.*

℟. *Sed libera nos à malo.*

℣. *Salvam fac ancillam tuam,* Domine.

℟. Deus *meus sperantem in te.*

℣. *Mitte ei,* Domine, *auxilium de sancto.*

℟. *Et de Sion tuere eam.*

℣. *Nihil proficiat inimicus in ea.*

℟. *Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.*

℣. Domine, *exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Dominus vobiscum.*
℟. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per beatae Mariae virginis partum fidelium parientium dolores in gaudium vertisti: respice propitius super hanc famulam tuam, ad templum sanctum tuum pro gratiarum actione laetam accedentem: et praesta, ut post hanc vitam eiusdem beatae Mariae meritis et intercessione, ad aeternae beatitudinis gaudia cum prole sua pervenire mereatur. Per Christum Dominum *nostrum.* ℟. *Amen.*

Deinde illam aspergit iterum aqua benedicta in modum Crucis, dicens:

Pax, et benedictio Dei *omnipotentis Patris* ✠, *et Filii, et spiritus sancti, descendat super te, et maneat semper. Amen.*

EXORCISMUS DOMUS A DÆMONIO VEXATÆ.

Sacerdos indutus super pelliceo et stola, dicit:

In nomine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spiritus ✠ sancti. Amen.

V. *Adiutorium nostrum in nomine ne Domini.*

R. *Qui fecit cœlum et terram.*

V. *Dominus vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui sacerdotibus tuis tantam gratiam contulisti, ut quidquid in tuo nomine dignè perfecteque ab eis agitur, à te fieri credatur: quaesumus immensam clementiam tuam, ut quod modo visitaturi sumus, visites, et quidquid benedicturi, bene ✠ dicas: et ad ea, quae acturi sumus, dexteram tuae potentiae extendas, sintque ad nostrae humilitatis introitum (sanctorum meritis) fuga daemonum, et angeli pacis ingressus. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

OREMUS.

Deus angelorum, Deus archangelorum, Deus prophetarum, Deus apos-

tolorum, Deus *martyrum*, Deus *confessorum*, Deus *virginum*, *et omnium bene viventium*: Deus *et Pater* Domini *nostri Iesu Christi*, *te invoco*, *et nomen sanctum tuum*, *ac praeclarae maiestatis tuae clementiam supplex deposco*, *ut mihi auxilium praestare digneris adversus nequissimum spiritum*, *ut ubicumque sit*, *audito nomine tuo*, *velociter exeat et recedat*. *Per Christum* Dominum *nostrum* ℟. *Amen*.

Coniuratio. *Adiuro te*, *serpens antique*, *per iudicem vivorum et mortuorum*; *per factorem mundi*, *qui habet potestatem mittere in gehennam*; *ut ab hac domo festinus discedas*. *Ipse tibi imperat*, *maledicte diabole*, *qui ventis ac mari*, *et tempestatibus imperavit*. *Ipse tibi imperat*, *qui te de supernis cœlorum in inferiora terrae demergi praecepit*. *Ipse tibi imperat*, *qui te retrorsum abire praecepit*. *Audi ergo*, *satana*, *et time*, *et victus*, *et prostratus recede*, *adiuratus in nomine* Domini *nostri Iesu Christi*, *qui venturus est iudicare vivos et mor-*

tuos, et saeculum per ignem.
R. *Amen.*

Deinde sacerdos incipiat quindecim psalmos graduales, et prosequatur usque priores, aqua benedicta aspergendo loca domus. Psalm. *Ad Dominum cum tribularer.* Psalm. *Levavi oculos meos.* Psalm. *Laetatus sum.* Psalm. *Ad te levavi oculos meos.* Psalm. *Nisi quia Dominus erat in nobis* Singulos cum *Gloria Patri* Quibus finitis dicit, *Kyrie eleyson Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster.*
V. *Et ne nos inducas in tentationem.*
R. *Sed libera nos à malo.*
V. *Domine, exaudi orationem meam.*
R. *Et clamor meus ad te veniat.*
V. *Dominus vobiscum.*
R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Domum tuam, Domine. clementer ingredere, et in tuorum cordibus fidelium perpetuam tibi construe mansionem: et praesta, ut in hoc domo nulla malignorum spirituum domina-

tur nequitia. Per Christum Dominum *nostrum* R. *Amen.*

Deinde dicuntur alii quinque psalmi etiam aspergendo loca domus. Psalm. *Qui confidunt.* Psalm. *In convertendo.* Psalm. *Nisi Dominus.* Psalm. *Beati omnes.* Psalm. *Saepe expugnaverunt* Singuli cum *Gloria Patri.* Postea dicit: *Kyrie eleyson. Christe eleyson.* Kyrie *eleyson. Pater noster.*
V. *Et ne nos inducas in tentationem.*
R. *Sed libera nos á malo.*
V. Domine, *exaudi orationem meam.*
R. *Et clamor meus ad te veniat.*
V. Dominus *vobiscum.*
R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, *qui in omni loco dominationis tuae totus assistis, totus operaris: adesto supplicationibus nostris, ut huius domus sis protector, et nulla hic nequitia contrariae potestatis obsistat, sed virtute Spiritus sancti et operatione, fiat tibi hic primum servitium, et devota*

libertas existat. Per Christum Dominum *nostrum.* R. *Amen.*

Posteà dicuntur alii quinque Psalmi graduales, aspergendo, ut supra, loca domus aqua benedicta. Psalm. *De profundis.* Psalm. *Domine non est exaltatum.* Psalm. *Memento,* Domine. *David.* Psalm. *Ecce quam bonum.* Psalm. *Ecce nunc.* Singuli cum *Gloria Patri.* Quibus finitis dicit: *Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster.*

V. *Et ne nos inducas in tentationem.*
R. *Sed libera nos á malo.*
V *Domine, exaudi orationem meam.*
R. *Et clamor meus ad te veniat.*
V. *Dominus vobiscum.*
R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Deus, qui in omni loco dominationis tuae custos et protector assistis, exaudi nos. quaesumus, ut inviolabilis huius domus permaneat bene ✠ dictio, et beneficia tui muneris universitas, quae supplicat, mereatur.

Per Christum Dominum nostrum.
R. *Amen.*

Posteà in principali loco domus legat sequens Evangelium.

V. *Dominus vobiscum.*
R. *Et cum spiritu tuo.*
V. *Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.*
R. *Gloria tibi, Domine.*

In illo tempore: Ingressus Iesus, perambulabat Ierico. Et ecce vir nomine Zachaeus. et hic princeps erat publicanorum, et ipse dives. Et quaerebat videre Iesum, quis esset, et non poterat prae turba. quia statura pusillus erat. Et praecurrens ascendit in arborem sycomorum, ut videret eum, quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus, vidit illum, et dixit ad eum: Zachœe, festinans descende. quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit. et excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes, quod ad homi-

nem peccatorem divertisset. Stans autem Zachaeus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: et si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est: eo quod et ipse filius sit Abrahae. Venit enim Filius hominis quaerere, et salvum facere, quod perierat.

R. *Laus tibi, Christe.*

Deinde benedicitur incensum hoc modo.

Per intercessionem beati Michaelis Archangeli, stantis à dextris altaris incensi, et omnium electorum suorum, incensum istud dignetur Dominus bene ✠ dicere, et in odorem suavitatis accipere. Per Christum Dominum nostrum. R. *Amen.*

Posteà sacerdos ponat incensum super ignem, et incenset domum dicens:

Incensum istud à te benedictum ascendat ad te, Domine, et descendat super nos misericordia tua.

V. *Dominus vobiscum.*

℟. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Visita quaesumus, Domine, habitationem istam, et omnes insidias inimici ab ea longe repelle: angeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace custodiant: et benedictio tua sit super nos semper. Per Dominum nostrum Iesum Christum. ℟. *Amen.*

Posteà domum, et habitatores eius benedicat, dicens:

Benedictio Dei omnipotentis, Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spiritus ✠ sancti descendat super hanc domum, et omnes habitantes in ea, et maneat semper. ℟. *Amen.*

Et aspergat aqua benedicta.

RITUS BENEDICENDI NOVAM ECclesiam, seu oratorium publicum, ut ibi sanctissimum missæ sacrificium celebrari possit.

Sacerdos novam ecclesiam de licentia episcopi benedicturus, ut in ea di-

vinum sacrificium missæ rite celebretur stola ac pluviali albi coloris indutus aliquot sacerdotibus et clericis adhibitis, prælata cruce media inter duos clericos deferentes cereos accensos; mane procedit ad primariam ecclesiæ vel oratorii ianuam: ubi stans capite aperto, conversus ad eam dicit absolute orationem.

Actiones nostras quæsumus, Domine, aspirando præveni, et adiuvando prosequere: ut cuncta nostra oratio et operatio à te semper incipiat, et per te cœpta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde inchoat antiphonam, " Asperges me, Domine, &c." et clerus alternatim dicit psalmum, " Miserere mei Deus. In fine Gloria Patri.

Interim circundant exterius ecclesiam (quæ intus debet esse vacua et nuda; et pariter altaria nuda, excluso populo, donec absoluta sit benedictio) et sacerdos accepto aspergillo, ex herba hissopi, ad eius dexteram se convertens, parietes ecclesiæ in superiore par-

te. et in fundamentis cum aqua benedicta aspergit, dicens: *Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor. lavabis me, et super nivem dealbabor.* "*Reversi ad locum*" unde processio initium habuit, repetita antiphona à clero, sacerdos stans ut prius versus ecclesiam dicit "Oremus" et ministri, *Flectamus genua.* R. *Levate*".

ORATIO.

Domine *Deus, qui licet cœlo et terra non capiaris, domum tamen dignaris habere in terris, ubi nomen tuum iugiter invocetur: locum hunc, quæsumus, beatæ Mariæ semper virginis, et beati N. omniumque sanctorum intercedentibus meritis, sereno pietatatis tuæ intuitu visita, et per infusionem gratiae tuae ab omni inquinamento purifica, purificatumque conserva; et qui dilecti tui David devotionem in filii sui Salomonis opere complevisti, in hoc opere desideria nostra perficere digneris; effugiantque omnes hinc nequitiae spirituales. Per Dominum nostrum, &c.*

Qua finita oratione, omnes bini in ecclesiam intrantis ad altare maius procedunt, litanias decantantes.

Ubi dictum fuerit. *Ut omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam donare digneris. Te rogamus audi nos.* Surgit sacerdos, et intelligibili voce dicet: *Ut hanc ecclesiam, et altare ad honorem tuum, et nomen sancti tui N. purgare et bene ✠ dicere digneris, Te rogamus audi nos.* Cùm dicit *benedicere*, manu dextera benedicit ecclesiam, et altare; deinde ut prius genuflectit, donec perficiantur litaniæ; et cantores prosequuntur: *Ut nos exaudire digneris. Te rogamus audi nos. Filii Dei. Te rogamus audi nos. Agnus Dei,* &c.

Dicto ultimo, *Kyrie eleyson*, Sacerdos stans dicit: *Oremus.* Ministri. *Flectamus genua.* R. *Levate.*

Praeveniat nos quaesumus, Domine, misericordia tua, et intercedentibus omnibus sanctis tuis, voces nostras clementiae tuae propitiationis anticipet. Per Christum Dominum nostrum. R. *Amen.*

Tum distans altari congruenti spatio genuflexus, et se signans dicit: *Deus in adiutorium meum intende,* et statim surgit clero respondente: *Domine, ad adiuvandum me festina.* Ipse vero stans dicit, *Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto.* Clerus respondet, *Sicut erat in principio, &c.* Posteà sacerdos dicit, *oremus.* Ministri, *Flectamus genua.* R. *Levate.*

OREMUS.

Omnipotens et misericors Deus, qui sacerdotibus tuis tantam prae ceteris gratiam contulisti, ut quidquid in tuo nomine dignè perfectéque ab eis agitur, à te fieri credatur: quaesumus immensam clementiam tuam, ut quidquid modo visitaturi sumus, visites; et quidquid benedicturi sumus, bene ✠ dicas: sitque nostrae humilitatis introitum, sanctorum tuorum meritis, fuga dæmonum, angeli pacis ingressus. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum. &c.

His dictis inchoat antiphonam, *Bene-*

dic, Domine, domum istam nomini tuo ædificatam. Cum tribus. Psalmis sequentibus, videlicet:

Ad Dominum cum tribularer clamavi: et exaudivit me.

Domine, libera animam meam à labiis iniquis. et á lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ob linguam dolosam?

Sagittae potentis acutae, cum carbonibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea.

Cum his. qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Gloria Patri, et Filio.

Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino, *qui fecit cœlum et terram.*

Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neque dormiet,

qui custodit Israel.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te: neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animan tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, et exitum tuum: ex hoc nunc, et usque in saeculum.

Gloria Patri.

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri, in atriis tuis Ierusalem.

Ierusalem, quae aedificatur ut civitas: cuius participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum David.

Rogate quae ad pacem sunt Ierusalem: et abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: et abun-

pantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, et proximos meos, loquebar pacem de te.

Propter domum domini Dei nostri, quaesivi bona tibi.

Gloria Patri, et Filio.

Antiphona. *Benedic, Domine, domum istam nomini tuo aedificatam.*

Interim aspergit interius parietes in parte superiori et inferiori, inchoans aspersionem à parte Evangelii, dicens: *Asperges me. Domine, &c.* tum ad altare reversus dicit: *Oremus.* Ministri, *Flectamus genua.* R. *Levate.*

Deus, qui loca nomini tuo dicanda sanctificas, effunde super hanc orationis domum gratiam tuam, ut ab omnibus hic nomen tuum invocantibus auxilium tuae misericordiae sentiatur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. R. *Amen.*

His peractis dicitur Missa de tem-

pore ocurrenti vel de sancto.

Ecclesia veró quamvis à simplici sacerdote, ut supra, sit benedicta, ab Episcopo tamen consecranda est.

ORDO RECONCILIANDI ECCLESIAM.

Cuando la iglesia no està consagrada, sino solo bendita y està *polluta sanguinis aut seminis effussione*, ò por otras causas, segun los estatutos de los cànones, se ha de reconciliar de esta manera.

El sacerdote que hubiere de reconciliar la iglesia poluta, se vestirà de sobrepelliz y estolà morada sé irà con dos ò mas ciriales, con sus velas encendidas. y con agua bendita, al lugar contenido, y dirà.

In nomine Patris ✠. *et Filii* ✠, *et Spiritus* ✠ *sancti. Amen.*

Aña. *Asperges me, Domine, hissopo, et mundabor, lavabis me, et super nivem dealbabor.*

Habiendo empezado esta antìfona, diràn el salmo *Miserere mei Deus*, todo con Gloria Patri; y entre tan-

to que se dice rociarà el sacerdote con agua bendita el lugar poluto.

Acabado el salmo, y repetida la antifona, se dirà:

Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson.

Pater noster, &c.

V. *Et ne nos inducas in tentationem.*

R. *Sed libera nos à malo.*

V. *Domum tuam docet sanctitudo, Domine.*

R. *In longitudinem dierum*

V. *Domine, exaudi orationem meam.*

R. *Et clamor meus ad te veniat.*

V. *Dominus vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Deus, qui dixisti: domus mea, domus orationis vocabitur, domum istam sanguinis effussione, vel espurcitiis contaminatam mundare, et sanctificare ✠ digneris, ut omnium preces, et vota in hoc loco ad te clamantium clementér exaudias, et benigné perficias. Per Chistum Dominum nos-

trum. Amen.

OREMUS.

Deus, qui sacrandorum tibi auctor es munerum, effunde super hanc domum bene ✠ dictionem tuam, ut ab omnibus hic invocantibus nomen tuum defensionis tuæ auxilium sentiatur. Per Christum Dominum nostrum.

R. *Amen.*

OREMUS.

Deus, qui in omni loco dominationis tuæ clemens, atque benignus dedicator et sanctificator assistis: exaudi nos quæsumus per merita tuæ sanctæ passionis, et per intercessionem beatissimæ virginis Mariæ, et omnium sanctorum, concede, ut in posterum inviolabilis huius loci permaneat reconciliatio, et beneficia tua ad te clamantes in hoc sancto templo et ubique percipere mereantur. Qui vivis, et regnas cum Deo Patre in unitate.

R. *Amen.*

Dichas estas oraciones, se irán al al-

tar mayor. y allì dirà el sacerdote que reconcilia la iglesia, lo siguiente:

V. *Sacerdotes tui induantur iustitiam.*

R. *Et sancti tui exultent.*

V. *Domine, exaudi orationem meam.*

R. *Et clamor meus ad te veniat.*

V. *Dominus vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui superbis resistis, et gratiam præstas humilibus, tribue quæsumus, ut non indignationem tuam provocemus elati, sed propitiationis tuae capiamus dona subiecti. Per Dominum nostrum.

R. *Amen.*

Aspergatur aqua benedicta.

RITUS BENEDICENDI NOVUM COEMETERIUM PER SACERDOTEM AB EPISCOPO DELEGATUM.

Pridiè quam fiat benedictio, ponitur in medio cœmeterio benedicendo lignea crux, alta ad staturam hominis; et ante ipsam crucem in terra figitur

paxillus trideos ligneus altus ad cubitum unum, aptus ad affigendum illi tres candelas.

Sequenti die mane sacerdos in sacristia paratus amictu, alba, cingulo, stola, et pluviali albi coloris, adhibitis aliquot sacerdotibus et clericis indutis superpelliceis, qui deferant vasculum aquæ benedictae, aspergillum, et thuribulum cum incensi navicula, et hoc manuali libro, et tribus candelis cereis procedit ad cœmeterium benedicendum ante crucem in medio positam, et affiguntur, et accenduntur tres candelæ super ligneum paxillum, et sacerdos ante crucem et candelas, stans discooperto capite dicit:

OREMUS.

Omnipotens Deus, qui es custos animarum, et tutela salutis, fides credentium, respice propitius ad nostrae servitutis officium, et ad introitum nostrum purgetur, ✠ benedicatur, ✠ et sancti ✠ ficetur hoc cœmeterium, ut humana corpora hic post vitæ cursum quiescentia, in magno iudicii die

simul cum felicibus animabus merean-tur adipisci vitae perennis gaudia. Per *Christum Dominum nostrum.*

R. *Amen.*

Mox ante ipsam crucem omnes, genibus flexis, dicunt litanias ordinarias, incipiente cantore, ceteris respondentibus: et cum dictum fuerit. *Ut omnibus fidelibus defunctis, &c. Te rogamus audi nos.* Sacerdos surgit, et clara voce dicit, producens manu signum crucis: *Ut hoc cœmeterium purgare et bene ✠ dicere digneris. Te rogamus. &c.*

Deinde sacerdos ut prius genuflectit, et litaniæ perficiuntur.

Quibus finitis, surgunt omnes, et sacerdos crucem aspergit aqua benedicta, dicens antiphona. *Asperges me. Domine, hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor. Miserere mei Deus, &c.* Dicitur totus ab astantibus cum *Gloria Patri, &c.* ut in breviario. quo dicto repetitur antiphona. Dum dicitur psalmus, sacerdos circuit, et parambulat totum cœmeterium, incipiens ad eius dexteram, aspergens

ubique aqua benedicta; quo facto, redit ante crucem, et ad ipsam respiciens, dicit:

OREMUS.

Deus, qui es totius orbis conditor, et humani generis redemptor, cunctarumque creaturarum visibilium et invisibilium perfectus dispositor, te supplici voce ac puro corde exposcimus, ut hoc cœmeterium, in quo famulorum, famularumque tuarum corpora quiescere debent post curricula huius vitæ labentia: pur ✠ gare, bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare digneris: quique remissionem omnium peccatorum per tuam magnam misericordiam in te confitentibus præstitisti, corporibus quoque eorum in hoc cœmeterio quiescentibus, et tubam primi archangeli expectantibus, consolationem perpetuam largiter impertire. Per Christum Dominum *nostrum.* R. *Amen.*

Tunc figit in summitate crucis unam ex tribus candelis ardentibus, et alias duas similiter ardentes in duobus brachiis ejusdem crucis. Deinde incensat

ipsam crucem, et aspergens aqua benedicta, redit cum ministris in sacristiam.

ORDO RECONCILIANDI CÆMETERIUM VIOLATUM, SIVE ECCLESIÆ CONTIGUUM SIT, SIVE SEPARATUM, UBI ECCLESIA NON EST POLLUTA.

Manè diei qua facienda est reconciliatio, sacerdos, si ab Episcopo facultatem habeat, adhibitis aliis sacerdotibus et clericis indutis superpelliceis, in sacristia, aut alio decenti loco vestitus amictu, alba, cingulo, stola, et pluviali albi coloris, accedit ad medium cœmeterii, clerico vasculum aquæ benedictæ et aspergillum deferente, et ibi super tapete genuflectit una cum ministris: et cantores, aliique omnes genibus flexis, dicunt litanias. In quibus cum dictum fuerit. *Ut omnibus fidelibus defunctis*, &c. *Te rogamus audi nos*. Sacerdos surgit, et manu dextra producens signum crucis super cœmeterium, clara voce dicit: *Ut hoc cœmeterium recon ✠ ciliare, et*

sancti ✠ *ficare digneris.* R. *Te rogamus audi nos.* Quibus dictis, ut prius genuflectit, cantoribus litanias perficientibus. Quibus finitis, surgunt omnes, et sacerdos accepto aspergillo cum aqua benedicta inchoat antiphonam. *Asperges me, Domine, hyssopo.* Clero prosequente, *et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor.* Psalmus, *Miserere mei Deus,* &c. dicitur totus sine *Gloria Patri.* In fine repetitur aña. *Asperges.* Dum hæc dicuntur, sacerdos circuit totum cœmeterium, incipiens ad eius dexteram, aspergens ubique aqua benedicta, præsertim in loco ubi violatio commissa est. Quo peracto, redit ad locum ubi litaniæ dictæ fuerunt, et ibi stans dicit: *Oremus.* Et Ministri: *Flectamus genua.* R. *Levate.*

Domine pie, qui agrum figuli pretio sanguinis tui in sepulturam peregrinorum comparari voluisti; quaesumus, dignanter reminiscere clementissimi huius mysterii tui. Tu es enim, Domine, *figulus noster; tu quietis nos-*

trae ager, tu agri huius pretium. Tu dedisti etiam, et suscepisti. Tu de pretio tui vivifici sanguinis nos requiescere donasti. Tu ergo, Domine, *qui es offensionis nostrae clementissimus indultor, expectantissimus iudicator, iudicii tui superabundantissimus miserator, iudicium tuae iustissimae severitatis abscondens post miserationem tuae piae redemptionis, adesto exauditor, et effector nostrae reconciliationis: hocque cœmeterium peregrinorum tuorum cœlestis patriæ incolatum expectantium, benignus purifica et reconcilia; et hic tumulatorum et tumulandorum corpora, de potentia et pietate tuae resurrectionis ad gloriam incorruptionis non damnans, sed glorificans resuscita. Qui venturus es iudicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.* R. *Amen.*

DE PROCESSIONE AD PETENDAM PLUVIAM.

Aguntur omnia, ut in litaniis maioribus, usque ad finem litaniarum, in

quarum precibus bis dicitur: *Ut congruentem pluviam fidelibus tuis concedere digneris. Te rogamus audi nos.* In fine postea dicitur.

℣. *Et ne nos inducas in tentationem.*
℟. *Sed libera nos à malo.*

Laudate Dominum quoniam bonus est psalmus: Deo nostro sit iucunda, decoraque laudatio.

Ædificans Ierusalem Dominus: dispersiones Israelis congregabit.

Qui sanat contritos corde: et alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum: et omnibus eis nomina vocat.

Magnus Dominus noster. et magna virtus eius: et sapientiae eius non est numerus.

Suscipiens mansuetos Dominus: humilians autem peccatores usque ad terram.

Praecinite Domino in confessione: psallite Deo nostro in cithara.

Qui operit cœlum nubibus: et parat trrœ pluviam.

Qui producit in montibus fœnum:

et herbam servituti hominum.

Qui dat iumentis escam ipsorum: et pullis corvorum invocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum est Domino super timentes eum, et in eis qui sperant super misericordia eius.

Gloria Patri, et Filio.

QUO FINITO DICUNTUR PRECES.

℣. *Operi, Domine, cœlum nubibus.*
℟. *Et para terræ pluviam.*
℣. *Ut producat in montibus fœnum.*
℟. *Et herbam servituti hominum.*
℣. *Riga montes de superioribus tuis.*
℟. *Et de fructu operum tuorum satiabitur terra.*
℣. *Domine, exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiscum.*
℟. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Deus, in quo vivimus, movemur

et sumus: pluviam nobis tribue congruentem; ut præsentibus auxiliis sufficienter adiuti, sempiterna fiducialius appetamus.

OREMUS.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus, contra adversa omnia tua semper protectione muniamur.

OREMUS.

Da nobis quæsumus, Domine, pluviam salutarem, et aridam terræ faciem fluentis cœlestibus dignanter infunde. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

℣. *Dominus vobiscum.*

℟. *Et cum spiritu tuo.*

℣. *Benidicamus Dòmino.*

℟. *Deo gratias.*

℣. *Exaudi nos omnipotens et misericors Dominus.* ℟. *Amen.*

℣. *Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace.*

℟. *Amen.*

PROCESSIO AD POSTULANDAM SERENITATEM.

Omnia fiant ut in litaniis maioribus, et in litaniarum precibus bis dicatur. *Ut fidelibus tuis aëris serenitatem concedere digneris. Te rogamus audi nos.* Ad finem obsecrationum dicitur: *Pater noster &c.*

V. *Et ne nos inducas in tentationem.*
℟. *Sed libera nos à malo.*

Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.

Laetentur et exultent gentes: quoniam iudicas populos in aequitate, et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: *confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.*

Benedicat nos Deus. Deus *noster, benedicat nos* Deus: *et metuant eum*

omnes fines terrae.

Gloria Patri, et Filio.

V. *Adduxisti, Domine, spiritum tuum super terram.*

R. *Et prohibitae sunt pluviae de caelo.*

V. *Cum obduxero nubibus cœlum.*

R. *Apparebit arcus meus, et recordabor fœderis mei.*

V. *Illustra faciem tuam,* Domine, *super servos tuos.*

R. *Et benedic sperantes in te.*

V. Domine, *exaudi orationem meam.*

R. *Et clamor meus ad te veniat.*

V. Dominus *vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Deus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris; preces populi tui supplicantis propitius respice; et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, averte.

OREMUS.

Ad te nos, Domine, *clamantes exaudi; et aëris serenitatem nobis tribue supplicantibus: ut qui iuste pro*

peccatis nostris affligimus, misericordia tua praeveniente, clementiam sentiamus.

OREMUS.

Quaesumus omnipotens Deus, clementiam tuam, ut inundantiam coerceas imbrium, et hilaritatem vultus tui nobis impertiri digneris. Per Dominum nostrum &c.

PRECES AD REPELLENDAM TEMPESTATEM.

Pulsantur campanae, et qui adesse possunt, in ecclesiam convocatis dicuntur litaniae ordinariae, in quibus bis dicitur: *A fulgure et tempestate*, et post litanias, orationemque dominicam.

Lauda Ierusalem Dominum; lauda deum tuum Sion.

Quoniam confortavit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem; et adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum; terrae; velociter currit sermo eius.

Qui dat nivem sicut lanam; nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suum sicut buccellas; ante faciem frigoris ejus quis sustinebit.

Emittet verbum suum, et liquefaciet ea; flabit spiritus eius, et fluent aquæ.

Qui annunciat verbum suum Iacob; iustitias et iudicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi; et iudicia sua non manifestavit eis.

Gloria Patri, et Filio.

V. *Adiutorium nostrum in nomine* Domine

R. *Qui fecit cœlem et terram.*

V. *Ostende nobis,* Domine, *misericordiam tuam.*

R. *Et salutare tuum da nobis.*

V. *Adiuva nos Deus salutaris noster.*

R. *Et propter gloriam nominis tui,* Domine, *libera nos.*

V. *Nihil proficiat inimicus in nobis.*

R. *Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.*

V. *Fiat misericordia tua,* Domine, *super nos.*

℟. *Quemadmodum speravimus in te.*
℣. *Salvum fac populum tuum, Domine.*
℟. *Et benedic hereditati tuœ.*
℣. *Non privabis bonis eos, qui ambulant in innocentia.*
℟. *Domine, Deus virtutum, beatus homo, qui sperat in te.*
℣. Domine. *exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiscum.*
℟. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Deus, *qui culpa offenderis. pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice: et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, averte.*

OREMUS.

A Domo tua quaesumus, Domine, spirituales nequitiae repellantur: et aërearum discedat malignitas tempestatum.

OREMUS.

Omnipotens, sempiterne Deus, *parce metuentibus, propitiare supplicibus: ut post noxios ignes nubium,*

et vim procellarum, in misericordiam transeat laudis comminatio tempestatum.

OREMUS.

Domine Iesu, qui imperasti ventis et mari, et facta fuit tranquillitas magna, exaudi preces familiae tuae, et praesta, ut hoc signo sanctae crucis ✠ *omnis discedat saevitia tempestatum.*

OREMUS.

Omnipotens et misericors Deus, *qui nos et castigando sanas, et ignoscendo conservas: praesta supplicibus tuis; ut et tranquillitatibus optatae consolationis laetemur, et dono tuae pietatis semper utamur. Per* Dominum *nostrum Iesum Christum Filium tuum. &c.*

Aspergatur aqua benedicta.

PRECES DICENDÆ TEMPORE PENURIÆ ET FAMIS.

Aguntur omnia ut in litaniis majoribus usque ad finem litaniarum, in

quarum precibus bis dicitur: *Ut fructus terrae dare et conservare digneris*. Post litanias dicitur, *Pater noster*, &c. Psalmus 22. *Dominus regit me.* &c.

V. *Domine, non secundum peccata nostra facias nobis.*

R. *Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.*

V. *Oculi omnium in te sperant*, Domine.

R. *Et tu das illis escam in tempore opportuno.*

V. *Memento congregationis tuae.*

R. *Quam possedisti ab initio.*

V. *Dominus dabit benignitatem.*

R. *Et terra nostra dabit fructum suum.*

V. *Domine, exaudi orationem meam.*

R. *Et clamor meus ad te veniet.*

V. *Dominus vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Ineffabilem nobis, Domine, *misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos et a peccatis omnibus*

exuas, et à poenis, quas pro his meremur, eripias.

OREMUS.

Da nobis quaesumus, Domine, *piae suplicationis effectum, et famem propitiatus averte: ut mortalium corda cognoscant, et te indignante, talia flagella prodire, et te miserante cessare.*

OREMUS.

Populum tibi subditum pro peccatis suis fame laborantem ad te, Domine, *converte propitius, qui quaerentibus regnum tuum omnia adiicienda esse dixisti. Qui vivis et regnas cum* Deo *Patre,* &a.

PROCESSIO TEMPORE MORTALITATIS ET PESTIS.

Fiat ut in litaniis majoribus, et in litaniarum precibus dicatur bis, *A peste et fame, libera nos, Domine.*
et infra suo loco, *Ut á pestilentiae flagello nos liberare digneris.*

In fine litaniarum dicitur. *Pater*

noster &a. *Et ne nos inducas* &a.
Psalm. 6. *Domine, ne in furore tuo arguas me.* &a.

V. *Domine, non secundum peccata nostra facias nobis.*

R. *Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.*

V. *Adiuva nos Deus, salutaris noster.*

R. *Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos.*

V. *Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum.*

R. *Cito anticipent nos misericordiae tuae, quia pauperes facti sumus minis.*

V. *Ora pro nobis, sancte Sebastiane.*

R. *Ut digni efficiamur promissionibus Christi.*

V. *Domine, exaudi orationem meam.*

R. *Et clamor meus ad te veniat.*

V. *Dominus vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Exaudi nos Deus salutaris noster, et intercedente beata et gloriosa

Dei genitrice Maria semper virgine, et beato Sebastiano martire tuo, et omnibus sanctis populum tuum ab iracundiae tuae fac largitate securum.

OREMUS.

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, et animarum et corporum medere languoribus, ut remissione percepta, in tua semper benedictione laetemur.

OREMUS.

Da nobis quaesumus, Domine, piae petitionis effectum, et pestilentiam, mortalitatemque propitiatus averte, ut mortalium corda cognoscant à te indignante talia flagella prodire, et te miserante cessare. Per Dominum nostrum.

PRECES DICENDÆ IN LITANIIS TEMPORE BELLI.

Peractis omnibus, ut in litaniis majoribus, ad finem litaniarum dicitur. *Pater noster* &a.

V. *Et ne nos inducas in tentationem.*
R. *Sed libera nos à malo.*

Deus *noster refugium et virtus: adiutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis. Propterèa non timebimus dum turbabitur terra: et transferentur montes in cor maris.*

Sonuerunt, et turbatae sut aquae eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius.

Fluminis impetus laetificat civitatem Dei: *sanctificavit tabernaculum suum altissimus.*

Deus in medio eius: non commovetur: adiuvabit eam Deus mané diluculo.

Conturbatae sunt gentes, et inclinata sunt regna: dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus *Iacob.*

Venite, et videte opera, Domine, quaè posuit prodigia super terram: auferens bullá usque ad finem terrae.

Arcum conteret, et confringet arma: et scuta comburet igni.

Vacate, et videte quoniam ego sum Deus: *exaltabor in gentibus, et*

exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Iacob. Gloria Patri. et Filio.

V. *Exurge, Domine, adiuva nos.*
R. *Et libera nos propter nomen tuum.*
V. *Salvum fac populum tuum, Domine.*
R. *Deus meus sperantem in te.*
V. *Fiat pax in virtute tua.*
V. *Et abundantia in turribus tuis.*
V. *Esto nobis, Domine, turris fortitudinis.*
R. *A facie inimici.*
V. *Arcum contere, et confringe arma.*
R. *Et scuta combure igni.*
V. *Mitte nobis, Domine, auxilium de sancto.*
R. *Et de Sion tuere nos.*
V. *Domine, exaudi orationem meam.*
R. *Et clamor meus ad te veniat.*
V. *Dominus vobiscum.*
R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Deus, qui conteris bella, et impugnatores in te sperantium potentiae

tuæ defensionis expugnas: auxiliare famulis tuis implorantibus misericordiam tuam; ut inimicorum suorum feritate depressa, incessabili te gratiarum actione laudemus.

OREMUS.

Deus, à quo sancta desideria, recta consilia, et iusta sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem; ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium, sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

ORATIO.

Hostium nostrorum, quæsumus, Domine, elide superbiam: et eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne. Per Dominum nostrum Iesum christum filium tuum.

Si verò bellum est contra turcas, et alios infideles, vel hereticos, inter preces litaniarum bis dicatur, *Ut inimicos sanctæ ecclesiæ humiliare digneris, Te rogamus audi nos:* et addatur,

Ut turcarum (vel hæreticorum) conatus reprimere, et ad nihilum redigere digneris. Te rogamus audi nos, et dicto *Pater noster*, dicatur.

Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam.

Posuerunt morticina servorum tuorum, escas volatilibus cœli: carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.

Effuderunt sanguinem eorum tamquam aquam in circuitu Ierusalem: et non erat qui sepeliret.

Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsanatio et illusio his qui in circuitu nostro sunt.

Usquequó, Domine, irasceris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus?

Effunde iram tuam in gentes. quae te non noverunt: et in regna, quae nomen tuum non invocaverunt.

Quia comederunt Iacob: et locum eius desolaverunt.

Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, citó anticipent nos

misericordiae tuae: quia pauperes facti sumus nimis.

Adjuva nos, Deus, *salutaris noster: et propter gloriam nominis tui,* Domine, *libera nos: et propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.*

Ne forté dicant in gentibus: Ubi est Deus *eorum? et innotescat in nationibus coram oculis nostris.*

Ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est: introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.

Secundùm magnitudinem brachii tui, posside filios mortificatorum.

Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum, quod exprobraverunt tibi, Domine.

Nos autem populus tuus, et oves pascuae tuae, confitebimur tibi saeculum.

In generationem et generationem annuntiabimus laudem tuam.

Gloria Patri, et Filio.

℣. *Salvos fac servos tuos.*

℟. Deus *meus sperantes in te.*

℣. *Esto nobis, Domine, turris forti-*

tudinis.

R. *A facie inimici.*

V. *Nihil proficiat inimicus in nobis.*

R. *Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.*

V. *Hostium nominis tui, Domine, elide superviam.*

R. *Et eorum contumaciam dexterae tuae virtute prosterne.*

V. *Fiant tamquam pulvis ante faciem venti.*

R. *Et angelus, Domini, persequatur eos.*

V. *Effunde iram tuam in gentes; quae te non noverunt.*

R. *Et in regna, quae nomen tuum non invocaverunt.*

V. *Mitte nobis, Domine, auxilium de sancto.*

R. *Et de Sion tuere nos.*

V. *Domine, exaudi orationem meam.*

R. *Et clamor meus ad te veniat.*

V. *Dominus vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Da, quesumus, ecclesiae tuae mi-

sericors, Deus. ui sancto Spiritu congregata, hostili nullatenus incursione turbetur.

OREMUS.

Deus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice: et flagella tuae iracundiae quae pro peccatis nostris meremur averte.

Omnipotens sempiterne Deus, in cuius manu sunt omnium potestates, et omnium iura regnorum: respice in auxilium christianorum: ut gentes turcarum (seu haereticorum) quae in sua feritate confidunt, dexterae tuae potentia conterantur. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c. Exaudiat nos Dominus. Amen.

PROCESSIO IN QUAQUMQUE TRIBULATIONE.

Servatis omnibus, ut in litaniis maioribus finitisque litaniis, dicitur: *Pater noster*, &c.

V. *Et ne nos inducas in tentationem.*

℟. *Sed libera nos à malo.*

Exaudiat te Dominus, *in die tribulationis: protegat te nomen* Dei *Jacob.*

Mittat tibi auxilium de sancto: et de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificii tui: et holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum: et omne consilium tuum confirmet.

Laetabimur in salutari tuo; et in nomine Dei *nostri magnificabimur.*

Impleat Dominus *omnes petitiones tuas; nunc cognovi quoniam salvum fecit* Dominus *Christum suum.*

Exaudi illum de cœlo sancto tuo: in potentatibus salus dexteræ ejus.

Hi in curribus, et hi in equis: nos autem in nomine Domini, Dei nostri invocabimus.

Ipsi obligati sunt, et ceciderunt: nos autem surreximus, et erecti sumus.

Domine, salvum fac regem; et exaudi nos in die, qua invocaverimus te. Gloria Patri.

Vel Psalmus 90 *Qui habitat in adiutorio, &c.* Quo finito, dicuntur.

℣. *Deus refugium nostrum, et virtus.*
℟. *Adiutor in tribulationibus.*
℣. *Salvos fac servos tuos, Domine,*
℟. *Deus meus sperantes in te.*
℣. *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis.*
℟. *Misere nobis.*
℣. *Adiuva nos, Deus, salutaris noster.*
℟. *Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos.*
℣. *Domine, exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiscum.*
℟. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Ne despicias, omnipotens Deus, populum tuum in afflictione clamantem; sed propter gloriam nominis tui, tribulatis succurre placatus.

OREMUS.

Ineffabilem misericordiam tuam, Domine, nobis clementer ostende; ut simul nos et à peccatis omnibus exuas,

et à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

OREMUS.

Concede nos famulos tuos, quæsumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere; et gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, et æterna perfrui lætitia.

OREMUS.

Tribulationem nostram, quæsumus, Domine, propitius respice; et iram tuæ indignationis, quam iusté meremur averte.

OREMUS.

Deus, refugium nostrum et virtus: adesto piis ecclesiæ tuae precibus auctor ipse pietatis, et praesta: ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum nostrum Iesum Cchistum &a.

PRECES DICENDÆ IN PROCESSIONE PRO GRATIARUM ACTIONE.

Initio processionis cantatur himnus.

Te Deum laudamus: te Dominum confitemur.

Te aeternum Patrem: omnis terra veneratur.

Tibi omnes àngeli: tibi cœli, et universae potestates.

Tibi cherubim et seraphim: incessabili voce proclamant.

Sanctus, sanctus, sanctus: Dominus, Deus *sabaoth.*

Pleni sunt cœli et terra: maiestatis gloriae tuae.

Te gloriosus apostolorum chorus.

Te prophetarum laudabilis numerus.

Te màrtirum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum, sancta confitetur ecclesia.

Patrem immensae maiestatis.

Venerandum tuum verum, et unicum filium.

Sanctum quoque paráclitum spiritum.

Tu Rex gloriae, Christe.

Tu Patris sempiternus est Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem: non horruisti virginis uterum.

Tu devicto mortis aculeo: aperuisti credentibus regna coelorum.

Tu ad dexteram Dei *sedes: in gloria Patris.*

Iudex crederis esse venturus.

Te ergo quaesumus, tuis famulis subveni: quos pretioso sanguine redemisti.

Æterna fac cum sanctis tuis: in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum, Domi*ne, et benedic hereditati tuae.*

Et rege eos: et extolle illos usque in aeternum.

Per singulos dies, benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in saeculum: et in saeculum sæculi.

Dignare, Domine, *die isto: sine peccato nos custodire.*

Miserere nostri, Domine: miserere nostri.

Fiat misericordia tua, Domine, super nos: quemadmodum speravimus in te.

In te, Domine, speravi: non confundar in æternum.

Deinde dici poterunt psalmi qui sequuntur, prout tempus feret.

PSALMUS. 65.

Iubilate Deo omnis terra, psalmus dicite nomine eius: date gloriam laudi eius.

Dicite Deo, quam terribilia sunt opera tua, Domine! in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te, et psallat tibi: psalmus dicat nomini tuo.

Venite, et videte opera Dei terribilis in conciliis super filios hominum.

Qui convertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede: ibi laetabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi eius super gentes respiciunt: qui exasperant, non exaltentur in semetipsis.

Benedicite gentes Deum nostrum et auditam facite vocem laudis eius.

Qui posuit animan meam ad vitam: et non dedit in commotionem pedes meos.

Quoniam probasti nos Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.

Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationis in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra.

Transivimus per ignem et aquam: et eduxisti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.

Et locutum est os meum, in tribulatione mea.

Holocausta medullata: offeram tibi cum incenso arietum: offeram tibi boves cum hircis.

Venite, audite, et narrabo, omnes qui timetis Deum: quanta fecit animæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamavi: et exaltavi sub lingua mea.

Iniquitatem si aspexi in corde meo: non exaudiet Dominus.

Propterea exaudivit Deus: et attendit voci deprecationis meæ.

Benedictus Deus: qui non amovit orationem meam, et misericordiam

à me. Gloria Patri.

PSALMUS 80.

Exultate Deo *adiutori nostro: iubilate* Deo *Iacob.*

Sumite psalmum, et date tympanum: et psalterium iucundum cum cithara.

Buccinate in Neomenia tuba: in insigni die solemnitatis vestrae.

Quia praeceptum in Israel est: et iudicium Deo *Iacob.*

Testimonium in Ioseph posuit illud, cum exiret de terra Ægypti: linguam quam non noverat, audivit.

Di*vertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino servierunt.*

In tribulatione invocasti me, et liberavi te: exaudivi te in abscondito tempestatis: probavi te apud aquam contradictionis.

Audi, populus meus, et contestabor te: Israel si audieris me, non erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum.

Ego enim sum Dominus Deus *tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: dilata os tuum, et implebo illud.*

Et non audivit populus meus vocem meam: et Israël non intendit mihi.

Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus suis.

Si populus meus audisset me: Israël si in viis meis ambulasset.

Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem: et super tribulantes eos misissem manum meam.

Inimici Domini *mentiti sunt ei: et erit tempus eorum in saecula.*

Et cibavit eos ex adipe frumenti: et de petra, melle saturavit eos.

Gloria *Patri.*

PSALMUS 95.

Cantate Domino canticum novum: cantate Domino *omnis terra.*

Cantate Domino, *et benedicite nomini eius: annuntiate de die in diem salutare eius.*

Annuntiate inter gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus Dominus, *et laudabilis nimis: terribilis est super om-*

nes deos.

Quoniam omnes dii gentium daemonia: Dominus, autem caelos fecit.

Confessio et pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia et magnificentia in sanctificatione eius.

Afferte Domino patriae gentium, afferte Domino gloriam et honorem: afferte Domino *gloriam nomini eius.*

Tollite hostias, et introite in atria eius: adorate D*ominum, in atrio sancto eius.*

Commoveatur à facie eius universa terra: dicite in gentibus quia Do*minus regnavit.*

Etenim correxit orbem terrae, qui non commovebitur: iudicabit populos in aequitate

Laetentur caeli, et exultet terra, commoveatur mare, et plenitudo eius: gaudebunt campi, et omnia quae in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna silvarum à facie D*omini, quia venit: quoniam venit iudicare terram.*

Iudicabit orbem terrae in aequita-

te: et populos in veritate sua.
Gloria Patri.

PSALMUS 99.

Iubilate Deo *omnis terra: servite Domino in laetitia.*

Introite in conspectu eius: in exultatione.

Scitote quoniam Dominus *ipse est* Deus: *ipse fecit nos, et non ipsi nos.*

Populus eius, et oves pascuae eius: introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis: confitemini illi.

Laudate nomen eius: quoniam suavis est Dominus: in aeternum misericordia eius et usque in generationem et generationem veritas eius.

Gloria Patri.

PSALMUS. 102.

Benedic anima mea Domino: et omnia quae intra me sunt, nomini sancto eius.

Benedic anima mea Domino: et noli oblivisci omnes tributiones eius.

Qui propitiatur omnibus iniquita-

tibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia et miserationibus.

Qui replet in bonis desiderium tuum: renovabitur ut aquilæ iuventus tua.

Faciens misericordias Dominus: et iudicium omnibus iniuriam patientibus.

Notas fecit vias suas Moysi: filiis Israël voluntates suas.

Miserator, et misericors Dominus: longanimis, et multum misericors.

Non in perpetuum irascetur: neque in æternum comminabitur.

Non secundúm peccata nostra fecit nobis: neque secundúm iniquitatis nostras retribuit nobis.

Quoniam secundum altitudinem cœli à terra: corroboravit misericordiam suam super timentes se.

Quantum distat ortus ab occidente: longé fecit à nobis iniquitates nostras.

Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se:

quoniam ipse cognobit figmentum nostrum.

Recordatus est, quoniam pulvis sumus: homo sicut fœnum dies eius, tamquam flos agri sic efflorebit.

Quoniam spiritus pertransibit in illo, et non subsistet: et non cognoscet amplius locum suum.

Misericordia autem Domini *ab æterno: et usque in æternum super timentes eum.*

Et iustitia illius in filios filiorum, his qui servant testamentum eius

Et memores sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea.

Dominus in cœlo paravit sedem suam: et regnum ipsius omnibus dominabibur.

Benedicite Domino *omnes àngeli eius: potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius.*

Benedicite Domino *omnes virtutes eius: ministri eius, qui facitis voluntatem eius.*

Benedicite Domino, *omnia opera eius: in omni loco dominationis eius:*

benedic anima mea Domino.

Gloria Patri, et Filio.

PSALMUS 116.

Laudate Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: et veritas Domini manet in æternum.

Gloria Patri, et Filio.

Psalmus 148. *Laudate Dominum de cœlis.* Canticum. *Benedicite omnia opera Domini &a.* Canticum. *Benedictus Dominus Deus Israël &a.*

Hæc autem prædicta, prout longitudo itineris postulaverit, vel omnia, vel ex parte cantari possunt. Deinde in ecclesia, ubi fit statio, ante altare dicuntur sequentes versus, et orationes.

V. *Benedictus es, Domine Deus, patrum nostrorum.*

R. *Et laudabilis, et gloriosus in sæcula.*

V. *Benedicamus Patrem, et Filium cum sancto Spiritu.*

R. *Laudemus, et superexaltemus eum*

in sæcula,

V. *Benedictus es,* Domine Deus, *in firmamento cœli.*

V. *Et laudabilis, et gloriosus, et superxaltatus in sæcula.*

V. *Benedic anima mea,* Domino.

R. *Et noli oblivisci omnes retributiones eius*

V. *Domine, exaudi orationem meam.*

R. *Et clamor meus ad te veniat.*

V. Dominus *vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Deus, *cuius misericordiæ non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus: piissimae maiestati tuae pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes: ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad premia futura disponas.*

OREMUS.

Deus, *qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de eius semper consolatione gaudere.*

OREMUS.

Deus, qui neminem in te sperantem nimium affligi permittis; sed pium precibus præstas auditum: pro postulationibus nostris, votisque susceptis gratias agimus, te, piissime deprecantes; ut à cunctis semper muniamur adversis. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, &a.

DE PROCESSIONE IN TRANSLATIONE SACRARUM RELIQUIARUM INSIGNIUM.

Ecclesia, et viæ, per quas transeundum est, quam fieri potest, decentiùs ornentur. Sacerdotes et ministri vestibus induti albi vel rubei coloris, prout sancti, quorum reliquiæ transferuntur, exposcunt, et cum luminaribus accensis omnes procedant, decantantes litanias cum invocatione sanctorum, quorum reliquiæ deferuntur, et himnum *Te Deum*, &a. Et psalmum, *Laudate Dominum de coelis*, cum duobus sequentibus, et alios psalmos, et himnos de proprio, vel de communi eorum sanctorum, quorum reliquiæ transferuntur.

MODO, Y FORMA QUE SE HA DE guardar en recibir al Obispo, quando viene à visitar alguna Iglesia.

Cuando el Obispo viene à visitar alguna iglesia, la primera vez ha de salir el sacerdote de mayor dignidad que hubiere en ella, ò el que fuere entonces semanero; y vestido con amito, alba, estola, y capa colorada. ha de llevar en las manos una cruz pequeña; irà delante la cruz alta con los ciriales, y algunos clerigos con sus sobrepellices, à ponerse à la puerta de la iglesia, hasta que llegue el Obispo; al cual, luego que llegue à las puertas de la iglesia, darà el preste el hysopo con agua bendita, besandolo primero, y hincandose de rodillas. Habiendo el Obispo echadose à si, y à los circunstantes agua bendita, se bolverà el preste à hincar de rodillas, y tomara el hysopo de mano del Obispo, y le darà à besar la cruz, que traia; en las manos y habiendola besado, se levantarà, y darà la cruz à alguno, que para esto estara señalado; y tomando el incensario, le incensarà

tres veces; y habiendolo echo, bolverà, à tomar la cruz. y se iràn todos al altar mayor, cantando el clero, ò cantores la antifona que se sige:

Sacerdos, et Pontifex et virtutum opifex, pastor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

Puede decirse tambien laque se sigue.

Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo: ideo iureiurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam; benedictionem omnium gentium dedit illi, et testamentum suum confirmavît super capud eius. Ideo jurejurando fecit illum Dominus, etc.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritu sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. ℟. *Amen.*

En el altar mayor ha de haber un sitial para el obispo; el qual, luego que llegare, se hincarà de rodillas; y mientras estuviere asi haciendo oracion, dirà el preste. con los cantores, ò el clero, lo que se sigue:

V. *Salvum fac servum tuum.*
R. *Deus meus sperantem in te.*
V. *Mitte ei, Domine, auxilium de sancto.*
R. *Et de Sion tuere eum.*
V. *Nihil proficiat inimicus in eo.*
R. *Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.*
V. *Domine, exaudi orationem meam.*
R. *Et clamor meus ad te veniat.*
V. *Dominus vobiscum.*
R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Deus *humilium visitator, qui eos paterna dilectione consolaris, in quibus habitas: praetende societati nostrae gratiam tuam, ut in nobis tuum sentiamus adventum. Per Christum...*
R. *Amen.*

Dicha esta oracion, echarà el Obispo la bendicion al pueblo, y el preste se irà à desnudar.

MODO QUE SE HADE TENER EN recibir al Visitador del prelado.

Al Visitador del prelado le saldràn à

recibir de la propia manera, que se ha dicho, se ha de hacer con el prelado, salvo, que en llegando el visitador à las puertas de la iglesia, el preste, sin hincarse de rodillas, le echara agua bendita, y le darà à besar la cruz, y le incensarà; y esto echo, se iràn al altar mayor cantando el clero, ò cantores la antifona que se sigue:

Ecce vir prudens, qui aedificavit domum suam supra petram, in cujus ore non est inventus dolus, quia Deus *ellegit eum in Sacerdotem sibi: ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Gloria Patri,* &.

En el altar mayor ha de haber un coxin con su alfombra, en que se hinque de rodillas el visitador à hacer oracion; y mientras la hace, dira el preste, con los cantores, ò el clero, lo que sigue:

V *Salvum fac servum tuum.*

R Deus *meus sperantem in te.*

V. *Mitte ei, Domine, auxilium de sancto.*

R. *Et de Sion tuere eum.*
V. *Nil proficiat inimicus in eo*
R. *Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.*
V. *Domine, exaudi orationem meam.*
R. *Et clamor meus ad te veniat.*
V. *Dominus vobiscum.*
R. *Et cum spirtutuo.*

OREMUS.

Deus *humilium visitator, qui eos paterna dilectione, etc.* Como està arriba para el prelado.

Y dicha la oracion, se irà à desnudar el preste.

Este modo de recibir al visitador del prelado, se ha de usar con el virrey la primera vez que visitàre alguna iglesia.

ACTOS DE FE.

Habiendose mandado por la Santidad del S. Benedicto XIV en su bula *Cum Religiosi* expedida à 26 de Junio 1754, que todos los parrocos

hagan que sus feligreses resen en los domingos, y dias festivos antes ò despues de misa los actos de fé, esperanza y caridad; se ponen aquì los siguientes, tanto para que se cumpla lo mandado por el santo Padre; cuanto para que los hagan repetir à los moribundos cuando van à aplicarles la indulgencia concedida por el mismo Papa en su bula *Pia Mater Ecclesia.*

ACTO DE FE.

Creo en vos, Dios, mio: Padre, Hijo, y Espíritu Santo, uno en esencia, y trino en personas Creo que Jesucristo se encarnò, nació, padeciò y murió en una cruz por salvarme Creo que resucitó, que subió à los cielos y que juzgarà á los buenos para premiar sus virtudes, à los malos para castigar sus culpas. Creo que en la hostia consagrada està Dios *vivo, y glorioso Creo todo lo que me manda creer la santa iglesia catolica; porque* Dios *que es infalible, se lo ha enseñado y revelado; y quisiera tener la*

dicha de derramar mi sangre para acreditar mi fé.

ACTO DE ESPERANZA.

O buen Señor! Yo espero con la mayor firmeza de vuestra bondad, el perdon de mis culpas, la gracia para no volver à caer en ellas, y la de asegurar mi salvacion; siendo para todo el fundamento de mi esperanza, vuestras promesas llenas de misericordia, los tormentos, y muerte de Jesu Christo, y la resolucion que tengo de dar mi vida por no volver à ofenderos.

ACTO DE CARIDAD.

